 ente pecunia. Quib⁹ ille r̄n  
 dit. Adducite pecora v̄ra et  
 dabo vob⁹ pro eis cibos si p̄ciū  
 nō habetis. Que tū adduxis  
 sent dedit eis alimēta pro e  
 quis et ouib⁹ et bobus et asi  
 nis. Sustētauitq; eos illo an  
 no. pro cōmutacōne pecorū.  
 Venerūt quoq; āno sc̄do et dix  
 erūt ei. Non celabim⁹ d̄m̄ nos  
 trū qd̄ deficiente pecunia et  
 pecora simul defecerūt: nec  
 clam te est quod absq; corpib⁹  
 et t̄ra nichil habeam⁹. Cur  
 ergo morim⁹ te vidente et nos  
 et t̄ra nr̄a tui erim⁹. Eme  
 nos in seruitutem regiam. et  
 p̄be semina. ne pereunte cul  
 tore redigat⁹ t̄ra in solitudi  
 nem. Emit igit⁹ ioseph om̄e  
 t̄ram egypti vendētib⁹ singu  
 lis possessiones suas p̄ mag  
 tudine famis. Subiecitq; eā  
 pharaoni. et cūctos p̄p̄os ei⁹  
 a nouissimis t̄m̄is egypti  
 vsq; ad extremos fines eius  
 p̄ t̄ram sac̄dotū que a regi  
 tradita fuerat eis. quibus sta  
 tuta cibaria ex horreis publi  
 cis p̄bebant⁹ et idcirco non  
 sūt compulsi vende⁹ possesi  
 ones suas. Dixit ergo ioseph  
 ad p̄p̄os. En ut cernitis. et



uos et terram vram pharao possidet: accipite semina. et serite agros ut fruges habere possitis. Quam partem regi dabitis: quatuor reliquas permitte vobis in semine et in cibos familiaribus et liberis vestris. Qui respondit ponderat. Salus nostra in manu tua est: respiciat nos tantum dominus noster. et leti seruiemus regi. Ex eo tempore usque in presentem diem in vniuersa terra egypti tribus quinta pars soluitur. et factum est quasi in lege. absque terra sacerdotum que libera ab hac condicione fuit. habitauit ergo israel in egypto. id est in terra gessen. et possedit eam auctus quod est. et multiplicatus nimis. et vixit in ea decem et septem annis. factique sunt omnes dies vite eius. Et vltimum annorum. Cumque appropinquare cerneret mortis diem. vocauit filium suum ioseph et dixit ad eum.

**S**i inueni gratiam in conspectu tuo. pone manum sub femore meo. et facies michi misericordiam et veritatem ut non sepe lias me in egypto sed dormiam cum patribus meis. ut auferas me de hac terra. condasque in sepulchro maiorum. Cui respondit ioseph. Ego faciam quod iussisti. Et ille. Iura ergo inquit michi. Quo uirante adorauit israel dominum consus ad lectuli caput.

**H**is ita *Capitulum. xlvij.*  
 In factis nunciatum est ioseph quod egrotaret pater eius

Qui assumptis duobus filiis manasse et effraym ire precepit. Diciturque est sem. Ecce filius tuus ioseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo. Et ingressus ad se ait. Dominus omnipotens apparuit michi in *lusa* luza que est in terra chanaan. benedixitque michi et ait. Ego te augebo et multiplicabo. et faciam in turbas populum. daboque tibi terram hanc. et semini tuo post te in possessionem sempiternam. Duo igitur filii tui in terra egypti. ante quam huc venirem ad te mei erunt. effraym et manasses: sicut ruben et symeon reputabunt michi. Reliquos autem quos genueris post eos tui erunt. et nomine fratrum tuorum vocabuntur in possessionibus suis. **M**ichi enim quando ueniebam de mesopotamia mortua est Rachel in terra chanaan. in ipso itinere. et atque uerum tempus et ingrediebat ephratam et sepelium eam iuxta uiam ephrate que alio nomine appellatur bethleem. Videns autem filios eius dixit ad eum. Qui sunt isti? Respondit filii mei sunt quos dedit mihi deus in hoc loco. Adduc inquit eos ad me et benedicam illis. **O**culi enim israel caligabant pro minima senectute et clare uideri non poterat. Applicitosque ad se. deosculatus et circumplexus dixit ad filium. Non sum fraudatus aspectu tuo. insuper ostendit michi deus semen tuum. Cumque tulisset eos ioseph de gre-

mo patris adorauit pronus in terram et posuit effraym ad dexteram suam. id est ad sinistram israel. manassen uero in sinistra sua ad dexteram scilicet patris: applicuitque ambos ad eum.

**Q**ui extendens manum dexteram posuit super caput effraym iunioris fratris: sinistram autem super caput manasse qui maior natu erat comutans manus: benedixitque ioseph filio suo et ait Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei abraham et ysaac deus qui pascit me ab adolescentia mea usque in presentem diem Angelus qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris istis et inuocet super eos nomen meum nomina quoque patrum meorum abraham et ysaac: et crescant in multitudine super terram. Videns autem ioseph quod posuisset pater suus dexteram manum super caput effraym. et applicans manum patris manum leuare conatus est de capite effraym. et tunc ferre super caput manasse. Dixitque ad patrem Non ita conuenit patris quia hic est primogenitus: pone dexteram super caput eius. **Q**ui reuolvens autem. **B**erico filium suum: et iste quidem erit in populos. et multiplicabitur: sed fiat eius iunior. maior illo erit: et semine ipsius. illius crescet in gentes. **B**enedixitque eis in ipso tempore dicens In te benedicet israel. atque dicet faciat tibi deus sicut

effraym et sicut manasse **C**onstituitque effraym ante manassen. et ait ad ioseph filium suum **E**n ego morior et erit deus uobiscum reducetque uos ad terram patrum uestrorum. **D**o tibi partem unam extra fratres tuos quam tuli de manu amorrei in gladio et a meo artu meo. **Capitulum .xljx.**

**U**ocauit autem iacob filios suos: et ait eis **C**ongregamini ut annunciem que uentura sunt uobis diebus nouissimis **C**ongregamini et audite filii iacob audite israel patrem uestrum **R**uben primogenitus meus tu fortitudo mea. et principium dolorem mei **P**or in domibus maior impio **E**ffusus es sicut aqua non crescas quia ascendisti cubile patris tui et maculasti stratum eius **S**ymeon et leui fratres uasa iniquitatis bellaciam in consilium eorum ne ueiat anima mea. et in retu illorum non sit gloria mea. quia in furore suo occiderunt uirum et in uoluntate sua suffoderunt murum **M**aledictus furor eorum quia peritiam et indignationem eorum quia diuisa diuisam eos in iacob et dispregam eos in israel **J**uda te laudabunt fratres tui **M**ans tue in ceruicibus inimicorum tuorum adorabunt te filii patris tui. **C**atulus leonis iuda ad pedem filium ascendisti requiescens acubuiisti ut leo. et quasi leena **Q**uis sustinabit eum **N**on auferet sceptrum de iuda

et dux de femoibz eius. donec ve  
 niat qui mittendus est et ipse  
 erit expectatio gentium ligans  
 ad vineam pullum suum et ad vi  
 tem o fili in asinam suam la  
 uabit in vino stolam suam et  
 in sagne vne pallium suum pul  
 chriores oculi eius vino: et  
 dentes lacte candidiores Zabulon  
 in lictore maris habitabit  
 et in statione nauium ptinges  
 usque ad sidonem ysachar asinus  
 fortis accubans inter thinnos:  
 vidit requiem quod eet bona et  
 terram quod optima et subposuit  
 humerum suum ad portandum. factus  
 qz e thunis seruiens Dan iudica  
 bit populum suum: sicut et alia tribus  
 in israhel. fiat dan coluber in ma  
 cerastes in semita mordens un  
 gulas equi. ut cadat ascensor  
 eius retro salutare tuum expecta  
 bo dne Gad accinctus phabif  
 ante eum. et ipse attinget retro  
 sum. Asser pinguis panis eius  
 et pbebit delicias regibus Repta  
 lim certius emissus et dans elo  
 qua pulchritudinis filius accres  
 cens ioseph. filius accrescens et  
 decorus aspectu filie disauerunt  
 sup murum sed exasperauerunt  
 eum et iurgate sunt. inuiderunt  
 qz ei habentes iacula sed et in  
 forti artus eius et dissoluta st  
 vincula brachiorum eius. et manuum  
 illius p manum potentis iacob  
 Inde pastor egressus est. lapis  
 israhel. Deus patris tui erit adiu  
 tor tuus et omnes benedicet ti  
 bi. **Benedictionibus** celi desup

**Benedictionibus** abyssi iacentis  
 deorsum. **Benedictionibus** vberum  
 et vultus **Benedictiones** patris  
 tui confortate sunt **Benedictionibus**  
 patrum eius donec veniet deside  
 rium collum etnoy. fiant in capi  
 te ioseph et in vertice nazarei  
 in fratre suos **Benjamin** lupus  
 rapax. manet comedet me p  
 dam vespere diuidet spolia  
**Et omnes** hii in tribus israhel. **xi**  
**her** locutus e eis patris suus: be  
 nedixitque singulis benedictio  
 bus propriis et precepit eis dicens  
**Ego** congregor ad populum meum  
 sepelite me cum patribus meis in  
 spelunca duplici que est in agro  
 efron ethei cont. manbre  
 in terra chanaan: quam emit  
 abraham cum agro ab efron  
 etheo in possessione sepulchri  
**Ibi** sepelierunt eum. et saram  
 uxorem eius **Ibi** sepulto est ysa  
 ac cum rebecca coniuge **Ibi** et  
 lya condita iacet.  
**Amittis**que mandatis quibus  
 filios instruebat. collegit pe  
 des suos sup lectulum et obiit  
**Appositus**que e ad populum suum  
 quod cernes. **Capitulum .i.**  
**Q**uod ioseph ruit sup faciem  
 patris flens et deosculans eum  
 precepitque seruis suis me  
 dicis: ut aromatibus condiret  
 primum **Quibus** iussa expleti  
 bus transierunt. xl. dies **Iste** quip  
 pe mos erat cadauerum con  
 ditorum fleuitque eum egyptus  
 lxxiii diebus **Et** expleto plac  
 tus tempe locutus est ioseph  
 ad familiam pharaonis.

Ge

Si inueni gratiam in conspectu vtro  
loquimur in auribus pharaonis  
eo quod pater meus adiurauit  
me dicens in mortui in sepul-  
chro meo quod fodi in in terra  
chanaan sepelies me **A**scen-  
dam igitur et sepeliham patrem me-  
um ac reuertar **D**ixitque ei  
pharaon **A**scende et sepeli patrem  
tuum sicut adiuratus es **Q**uo  
ascendete ierunt cum eo omnes  
senes domus pharaonis cuncti  
que maiores natu terre egypti  
domus ioseph cum fratribus suis abs-  
que puulis et gregibus atque ar-  
mentis que dereliquerant in  
terra gessen **H**abuitque in comi-  
tatu curia et equites: et fra-  
tribus non modica **V**enerunt  
que ad arcam mathad. que si-  
ta est in iordanen. **V**bi celebri-  
tes exequas planctu magno  
atque vehementi impleuerunt sep-  
tem dies **Q**uod cum vidissent  
habitatores terre chanaan dice-  
runt **P**lanctu magno iste est  
egyptus et idcirco appellauerunt  
nomen loci illius planctu egypti  
fecerunt que filii iacob sicut pre-  
ceperat eis: et portantes cum  
terram chanaan sepelierunt eum  
in spelunca duplici quam eme-  
rat abraham cum agro in posses-  
sione sepulchri ab efron et heo  
contra faciem mabze **R**eversus  
que est ioseph in egyptum cum fratribus  
suis. et omni comitatu sepul-  
to patre **Q**uo mortuo timen-  
tes fratres eius et mutuo collo-  
quentes ne forte memor sit  
iniurie quam passus est **U**t  
reddat nobis malum omne quod

fecimus mandauerunt ei.

**P**ater tuus precepit nobis ante  
quam moreretur ut her tibi verbis  
illis diceremus **O**bscuro ut ob-  
liuiscaris sceleris fratrum tuorum  
et peccati atque malicie. quam  
exertuerunt in te **H**os quoque  
oramus ut seruo dei patri tuo  
dimittas iniquitatem hanc **Q**ui-  
bus auditis fleuit ioseph **V**ene-  
runtque ad eum fratres sui. et promi-  
nente terra adorauerunt et dixerunt  
**Q**ui tu sumus **Q**uibus ille respondit  
**N**olite time **H**umani dei possumus  
reuerere voluntati. **V**os cogitastis  
de me malum. et deus vertit  
illud in bonum: ut exaltaret me  
sicut in presentiarum certitudo et  
saluos faceret multos populos  
**N**olite metue ego pascam uos  
et puulos vestros **C**onsolatus que  
est eos et blande ac leniter est locu-  
tus et habitauit in egypto cum  
omni domo patris sui **V**ixitque  
c. x. annos et vidit effraym fi-  
lios usque ad tertiam generationem  
filii quoque machyri filii ma-  
nasse nati sunt in gremibus ioseph

**Q**uibus transactis  
locutus est fratribus suis. **P**ost  
mortem meam deus visitabit  
uos. et ascendere faciet de terra  
ista. ad terram quam iurauit ab-  
raham ysaac et iacob **C**umque  
adiurasset eos. atque dixisset  
deus visitabit vos **A**scendete  
faciet. asportate vobiscum ossa  
mea de loco isto mortuus est  
expletis c. x. annis vite sue

: et conditus aromatibus. reposito est in loculo in egypto.

**Explicit liber genesis. Inapunt capitula libri exodi.**

**P**receptum obstetricibus. **M**oy-  
ses natus **E**ilia pharao

nis descendit lauari **E**gypti  
cuius a moyse passus **M**oy-  
ses fugiens in madyan venit

**F**ilij moysi nati. **D**eus  
in rubo appuit moysi. **P**re-

stentia dei quia non est dimissu-  
rus pharao israhel **D**e-

signis virge in serpentem et ma-  
nus moysi ut mo

**A**bi se-  
excusat moyses ut non eat ad  
pharaonem. **M**oyse in egypto

tum reuertit. **M**oyse agelus  
in via occurrit. **D**eus

ad aaron loquitur ut moysi occur-  
rat **A**bi populus domini ado-

rat. **A**bi moyses primo pha-  
raoni videtur **A**bi paleas

pharao phibet. **S**enatus  
israhel introit ad pharaonem

**S**enatus israhel moysi oc-  
currerunt exenti a pharaone

**M**oyse ad dominum dicit non  
audiuit me filij israhel. **N**o-

mina principum **L**eu pro-

genes. caad. amia. aaron moy-  
ses et maria **M**oyse de

pharaonis dictus. **A**nte  
pharaonem virga in draconem

conuertitur **P**laga prima  
aqua in sanguinem **P**laga

secunda ranarum **P**laga t-

ercia Scimpheo **I**ncanta-

tores digitorum dei confitentur

**P**laga quarta cynomia.

**P**harao ad moysen dicit ut  
immolate in terra hac **P**la-

ga quinta mors pecorum **P**la-

ga sexta vulnera vesicaru

**P**laga septima grando et ubi  
dicitur pharaoni ad hoc conser-

uatus es. ut ostendam in te  
virtutem meam. **A**bi

dicit pharao praui dominus iustus  
est. ego vero et populus meus

iusti **P**laga octava  
locustarum **P**laga no-

na tenebrarum **P**laga  
decima infectio primogenitorum

**P**receptum pasche  
**H**abitatio peregrini-

nationis filiorum israhel

**L**ex pasche **P**recep-

tum primogenitorum **M**are

diuisum **A**bi stiuu-

populus in marath **I**n

helim ubi erat xii fontes et l-

xx palme **D**e mana

quod accepit populus.

**I**nchoatio sabbati **A**bi

mana seruari iubet.

**A**qua de rupe educta

**D**e amalech **A**bi

soer moysi petro venit ad eum

cum vxore et filiis eius **A**bi

consilium dat moysi petro soer-

eius de iudiciis **A**bi tri-

bum constituit **I**n monte sy-

na loquitur deus ad moysen.

**A**bi populus verba domini se factu-

rum pollicetur **D**ei voces

in monte syna audire sunt

**D**ecalogum legis **A**bi alta-

re fieri iubetur **P**re-

cepta iuris. **S**acrificas

domini alienis eradicabitur.

**E**

**D**e iudicio tribus temporibus sollempnitatis dei  
**N**on apparebis in conspectu meo vacuus.  
**P**rimicias primitiuorum offeres domino  
**D**e angelo ante populum premissio  
**P**opulum sanguine testamenti aspersit moyses  
**E**t ascendit moyses in montem cum septuaginta senioribus et nadab et abin.  
**U**bi deus dicit dabo tibi tabulas et facies archam testamenti et sicut ibi xl diebus et xl noctibus  
**D**e veste aaron et de ordinatione sacerdotum  
**P**receptum de altari thymiamatis  
**D**e lucerna ante altare incendenda.  
**D**e redemptione danda a viginti annis et super.  
**D**e labio  
**D**e confessione crismatis  
**N**onna fabricam sabbato  
**U**bi moyses accepit tabulas lapideas a domino  
**D**e vitulo aureo  
**U**bi moyses tabulas confregit et vitulum comminuit.  
**M**oyses pro populo rogit  
**U**bi populus luget  
**U**bi moyses tabernaculum extra castra tetendit  
**U**bi moyses faciem domini desiderat  
**D**ominus tabulas alias facit  
**U**bi iubet moysen  
**U**bi dominus moysi postiora ostendit  
**T**estamentum

aliemgemis non ponendum.  
**D**e ydolis confringendis  
**I**tem de primo genitis  
**I**tem de tempore sacrificandum. non coques hedu in lacte matris et moyses xl diebus ieiunat.  
**F**acies moysi clarificata  
**M**oyses populum ad oblationem compellit  
**O**blatio populi ad opera tabernaculi  
**U**bi archa fabricata est  
**D**e spendis mulierum labrum factum  
**P**receptum quomodo tabernaculum statuatur  
**D**e vinctioe sacerdotum  
**A**nno secundo tabernaculum erectum prima die primi mensis

**Explicit capla. Incipit liber qui dicitur hellesmoth id est exodus.**



**D**e sunt nomina filiorum israel qui ingressi sunt in egyptum cum iacob singulis cum domibus suis introierunt  
 Ruben Symeon. Leui

Judas ysachar Zabulon et beniamin Dan et neptalim Gad et Aser. Erant igitur omnes anime eorum qui egressi sunt de femore iacob .l. xx. v. Joseph autem in egypto erat. Quo mortuo et uniuscuique fratribus eius omnibus

cognacione sua. filij isrl. creue-  
runt: & q̄si germinates multipli-  
cati sunt ac roborati nimis im-  
pleuerunt terram Surrexit inte-  
rea rex nouus sup egyptum  
qui ignorabat ioseph Et ait  
ad populū suū Ecce populus  
filiorū isrl. multus & fortior no-  
bis ē: uente sapient' oppima-  
mus eū ne forte multiplicetur  
& si ingruerit cont' nos bellū  
addat inimicis nr̄is: expugna-  
tis q̄ nobis egrediat' extra pre-  
posuit itaq; eis magros operū  
ut affligent eos onerib': edifi-  
cauerūt q; urbem tabnaculoꝝ  
pharaoni phiton & rameses  
Quantoq; oppimebāt. tāto ma-  
gis multiplicabāt & crescebant  
Oderatq; filios isrl. egyptij. &  
affligebant illudentes eis. atq;  
ad amaritudinem pducebāt ui-  
tam eoz opib; duris luti et  
lateris omniq; famulatu quo  
in t're opib; pmebant. **Dixit**  
autē rex egypti obstetricib;  
heborū qua una uocabat' sepho-  
ra. & altera phua. p̄cipiens eis  
Quando obstetricabitis hebre-  
as et ptus tempus aduenerit  
si masculus fuit interficite illū  
si femina reseruate **Timue-**  
rūt autē obstetres dñi et non  
fecerūt iuxta p̄ceptū regis egypti:  
s; conseruabant mares **Qu-**  
bus accessit ad se rex ait.  
Quid nam ē hoc quod face-  
re uolūstis ut pueros reseruetis  
Que responderūt Nō sūt hebreæ  
sicut egyptiæ mulieres: ip̄e em̄  
obstetrandi habent scienciam.

et plus quam uerā ad eas  
pariūt Bene ergo fecit deus  
obstetricibus & creuit plius. cō-  
fortatq; q̄ est nimis & q̄a timu-  
erant obstetres dñi edificauit  
illos domos p̄cepit autem  
pharao omni populo suo di-  
cens Quidquid masculini sex-  
us natū fuit in flumen proi-  
cite quitquid feminei reser-  
uate. **Capitulum .ij.**

**E**gressus est post hec ui-  
de domo leui. accepta uxo-  
re stupis sue Que concepit  
et peperit filiū: & uidens eum ele-  
gantem abscondit eum t'bus me-  
sibus Cumq; celare iā nō poss-  
sumpsit fiscellam scurpeam  
et limiuit eā bitumine ac pice  
posuitq; int' infantulū et expo-  
suit eum in caxeto ripe flumi-  
nis. stāte procul sorore eius &  
cōsiderāte euentū rei **Ecce**  
autem descendebat filia pharao-  
nis ut lauaret in flumine: &  
puelle eius q̄ diebant' p' caxi-  
dine aluei Que cū uidisset  
fiscellā in papirione misit unā  
e famulis suis & allatā aperi-  
ens. cernensq; in ea puulum  
uagientē inserta eius ait. De  
infantib; hebreoz est hic Cui  
soror pueli uis inquit ut uā-  
dam et uocē tibi hebream mu-  
lietē q̄ nutrire possit infantu-  
lū **Rēdit. Vade. Proxit** puel-  
la & uocauit m̄rem eius ad  
quā locuta filia pharaonis acci-  
pe ait puerū istū & nutri eū  
michi: ego dabo tibi m̄cedem  
tuā **Suscepit** mulier & nutri-  
uit puerū: adultū q; tradidit

filie pharaonis. Quem illa ad  
optavit in locū filij. vocavitq;  
nomē eius moyses dicens. qd  
de aqua tuli eum. **I**n die  
bus illis postquā creverat  
moyses egressus ad fr̄es suos.  
vidit afflictionem eorū & vitū  
egyptiū paucientē quendam  
de hebreis fr̄ib; suis. Cūq; cir-  
cūspexisset huc atq; illuc. &  
nullū adesse vidisset. paucissimū  
egyptiū abscondit sabulo. Et  
egressus die altero cōspexit  
duos hebr̄os rixantes. Dixitq;  
ei qui faciebat alteri iūriam.  
Quare patris proximū tuū  
Qui respondit. Quis te con-  
stituit p̄ncipem et iudicē sup  
nos. Num occide me tu vis  
sicut occidisti hebr̄i egyptiū. Ti-  
muit moyses et ait. Quo  
modo palā factū est v̄bū istud?  
**A**udiuitq; pharao sermo-  
nem hūc & querebat occidere  
moysen. Qui fugiens de cōsp̄ciū  
eius. moratus est in t̄ra ma-  
dian. & sedit iuxta puteum.  
Erant autē sacerdoti madian  
septem filie que venerūt ad  
hauriendam aquā. & imple-  
tis canalib; adaquare cupie-  
bant greges patris sui. Supvene-  
rūt pastores & elecerūt eas.  
**S**urrexitq; moyses & defen-  
sis puellis adaquavit oves ea-  
rū. Que cū revertissent ad ve-  
thro patrē suū dixit ad eas.  
Cur velocius venistis solito?  
**R**esponderūt. Quia egyptius  
liberavit nos de manu pasto-  
rū. insup et hausit aquam no-  
bis potūq; dedit quibus. At  
ille. Ubi est inquit. Quare

dimissis hominē. Vocate eū  
ut comedat panem. **I**uravit q;  
moyses quod habitaret cū eo.  
**A**ccipitq; zephoram filiam ei;  
uxorem. Que peperit ei filiū quē  
vocavit gersam dicens. Aduena  
sui in t̄ra aliena. Aliū vero pe-  
perit quē vocavit eliazer dicens.  
Deus em̄ patris mei adiutor me;  
& eripuit me de manu pharaonis.  
Post multū v̄o tempus mortuus  
est rex egypti. & ingemiscerunt  
filij isrl̄ p̄t̄ opera vociferati sūt.  
**A**scenditq; clamor eorū ad d̄m  
ab opib; & audiuit gemitū eorū  
et recordatus ē fed̄is quod pepi-  
gerat cū abraham. & ysaac. &  
iacob. Et respexit d̄s filios isrl̄  
et libavit eos. **Capitulum . iij.**

**M**oyses autē pascebat oves  
yethro soceri sui sacerdotis  
madian. Cūq; minasset grege  
ad interiora deserti. venit ad  
mōtem dei oreb. **A**pparuit  
q; ei d̄s in flāma ignis de  
medio rubi. Et videbat quod  
rubi arderet et nō combure-  
retur. Dixit q; moyses. **V**idā  
et videbo visionē hāc magnā  
quā nō comburant rubus. Cer-  
nens autem d̄s quod p̄geret  
ad videndū vocavit eū de me-  
dio rubi & ait. **M**oyses moyses.  
Qui r̄ndit. **A**ssum. At ille. **N**e  
appropies inquit huc. **S**olve  
calciamentū de pedib; tuis. locū  
em̄ in quo stas. t̄ra sc̄a ē. Et  
ait. **E**go sum deus patris tui  
deus abham & deus ysaac. &  
deus iacob. **A**bscondit moyses



faciem suā Non em̄ audebat res-  
picere cont̄ dñm **C**ui ait dñs. **V**i-  
di afflictionem ppli mei in egip-  
to et clamorē eius audiui pp̄  
duriciam eorū qui p̄sūt opibz.  
Et sciens dolorē eius. descendi ut  
liberarem eū de manibz egyp-  
tiorū et educerem de t̄ra illa in  
t̄rā bonā et spaciosam et m̄t̄  
ram que fluit lacte et melle  
ad loca chananei et ethei et  
amozrei et pherezai et euei  
et iebusei et gergesei **C**lamor  
ergo filiorū isrl̄ venit ad me  
**V**iditq; afflictionem eorū qua  
ab egypcijs opp̄mūt **S**i veni-  
mit tam te ad pharaonem ut edu-  
cas pplm filios isrl̄ de egypto  
**D**ixit moyses ad eū **Q**uis ego  
sum ut vadam ad pharaonē  
et educam filios isrl̄ de egypto  
**Q**ui dixit ei **E**go ero t̄rū **E**t  
hac habeb̄ signū quod miserim  
te **C**ū educaueris pplm meū de  
egyptō immolabis deo sup̄mo-  
tem istū **A**it moyses ad dñm  
**E**re ego vadam ad filios isrl̄  
et dicam eis **D**eus patrū v̄rō-  
rū misit me ad uos **S**i dixerit  
m̄ quod est nomē eius. quid di-  
cam eis **D**ixit deus ad moy-  
sen **E**go sum qui sum **A**it **S**ic  
dices filijs isrl̄ **Q**ui ē misit  
me ad uos **D**ixitq; iterū do-  
min⁹ deus ad moysen **H**ec  
dices filijs isrl̄ **D**ñs deus pa-  
trū v̄rōz. deus abrahā et d̄s  
ysaac et d̄s iacob misit me  
ad uos. **H**ac nomē michi est

42  
metnū et hoc memoriale meū  
in generatione gnationem  
**V**ade congrega seniores isrl̄  
et dices ad eos **D**ñs deus pa-  
trū v̄rōz app̄uit m̄. deus abra-  
ham et deus ysaac et deus ia-  
cob dicens **V**isitans visitaui  
vos et vidi om̄ia que accide-  
rāt uob in egypto et dixi ut  
educā de afflictione in t̄ram  
chananei et ethei et amozrei  
et gergesei. ferzei et euei et  
iebusai. ad t̄rā fluentē lacte  
et melle. et audient vocem  
tuā **I**ngredieris q; tu et senio-  
res isrl̄ ad regem egypti. et  
dices ad eum **D**ñs deus heb-  
eorū vocauit nos ibim⁹ viā  
tūm dierū p̄ solitudinem ut  
immolemus dño deo nr̄o  
**S**ed ego scio quod nō dimittet  
vos rex egypti. ut eatis:  
nisi p̄ manū validam **E**t t̄ndā  
em̄ manū meam et p̄ticiam  
egyptū in cunctis mirabilibz  
meis que factur⁹ sum ī medio  
eorū et post hec dimittet uos  
**D**aboq; gratiam pplō meo huic  
corā egypcijs **E**t tū egrediem̄  
m̄ nō eribitis vacui sed pos-  
tulabit mulier a vicina sua  
et ab hospita sua uasa argen-  
tea et aurea et vestes ponetis  
q; eas sup̄ filios et filias v̄r̄as  
et spoliabitis egyptum **Ca. iij.**  
**R**espondens moyses ait  
Non credent michi nec  
audient vocē meam: sed dicit  
non apparuit tibi dominus  
**D**ixit ergo ad eū dñs

**Ex**

Quid est quod tenes in manu tua  
Redit virga. **A**it dñs proice eam  
in terram proiecit et versa est in colu-  
bram: ita ut fugeret moyses. **D**ixit  
q̄ dñs **E**xtende manum tuam et ap-  
prehende caudam eius. **E**xtendit  
et tenuit: ipsa q̄ est in virgam:  
ut credat inquit quod apparu-  
erit tibi dñs deus patrum tuorum  
deus abraham et deus ysaac  
et deus iacob. **D**ixitq̄ dñs cui-  
sum. **M**itte manum tuam in sinu  
tuum. **Q**uam cum misisset in  
sinu protulit leprosam ad instar  
mirus. **R**etrage aut manum in si-  
nu tuum. et protulit iterum et  
erat sicut carmin relique. **S**ino  
crediderit inquit tibi nequaudi-  
erit sermonem signi portis  
credent verbo signi sequentis.  
**Q**uod si nec duobus quidem  
hinc signis crediderit neq̄  
audierit vocem tuam sime aqua  
fluminis et fude super aridam  
et quicquid hauseris de flumine  
detur in sanguinem. **A**it  
moyses. **O**bservo dñe non su-  
eloquens ab heri et nudius ter-  
tis ex quo locutus es ad seruum  
tuum impediatoris et tardioris  
lingue sum. **D**ixitq̄ dñs ad  
eum. **Q**uis fecit os hominis aut quod  
fabricatus est mutum et surdum  
videntem et cecum. **H**omme ego  
perge igitur et ego ero in ore  
tuo. **D**oceboq̄ te quid loquaris.  
**A**t ille: **O**bservo inquit dñe  
mitte quem missurus es. **I**ratu-  
s dñs in moysen ait. **A**aron fra-  
ter tuus leuitas. scio quod elo-  
ques sit ecce ipse egredietur in oc-  
cursum tuum. **V**ides q̄ te letabi-

tur corde: loquere ad eum et po-  
ne verba mea in ore eius. **E**go ero  
in ore tuo et in ore illius et of-  
tenda vobis quid agere debea-  
tis. **I**psa loquetur pro te ad pharaonem  
et erit os tuum. **T**u autem eris ei  
in hijs que ad dñm pertinent.  
**V**irgam quoque hanc sime in  
manu tua in qua factus es  
signa. **A**bit moyses et reversus  
est ad pethro cognatum suum dixitq̄  
ei. **V**ada et revertar ad fratres  
meos in egyptum: ut videam si  
adhuc vivunt. **C**ui ait pethro.  
**V**ade in pace. **D**ixit er-  
go dñs ad moysen in terra ma-  
dyan. **V**ade revertere in egyptum:  
mortui sunt enim omnes qui que-  
rebant animam tuam. **T**ulit moyses  
uxorem et filios suos et impo-  
suit eos super asinam et ruer-  
sus est in egyptum portans  
virgam dei in manu sua. **D**ixit  
itq̄ ei dñs revertenti in egyptum.  
**V**ide ut ostenta omnia que posui in  
manu tua facias coram pharao-  
ne. **E**go inducabo cor eius et non  
dimittet pharaonem. **D**icesq̄ ad eum.  
**H**ec dicit dñs deus filius primogenitus  
meus israel. **D**ixi tibi  
dimitte filium meum ut seruiat mihi  
et nolisti dimittere eum. **E**cce  
ego interficiam filium tuum primoge-  
nitum. **Q**uinque esset in itinere  
in diuisione. **O**ccurrit ei dñs et vo-  
lebat occidere eum. **T**ulit illic ze-  
phora acutissimam petram. et  
percussit pedem filii sui: tetigitq̄  
pedes eius et ait. **S**ponsus sangui-  
nis tuus in es. et dimisit eum post-

quam dixerat sponsus sanguinis  
ob crucifigionem. **D**ixit au-  
tem dominus ad aaron vade in occur-  
sum moysi in deserto. Qui per-  
rexit ei obviam in montem dei  
et osculatus est eum. **H**arravitque  
moyses aaron omnia verba do-  
mini pro quibus miserat eum  
et signa que mandaverat. **V**ene-  
runtque simul et congregaverunt  
cunctos seniores filiorum israel.

**L**ocutusque est aaron omnia ver-  
ba que dixerat dominus ad moysen  
et fecit signa coram populo et cre-  
didit populus. **A**udieruntque quod  
visitasset dominus filios israel et quod  
respexisset afflictionem eorum  
et prom adoraverunt. **Cap. v.**

**P**ost hec ingressi sunt moy-  
ses et aaron et dixerunt  
pharaoni. **H**ec dicit dominus deus  
israel. **D**imittite populum meum ut sacri-  
ficet michi in deserto. **A**t ille res-  
pondit. **Q**uis est dominus ut audiam  
vocem eius et dimittam israel?  
**N**escio dominum et israel non di-  
mittam. **D**ixerunt deus heborum  
vocavit nos ut camus via tum-  
dierum in solitudine et sacrificemus  
domino deo nostro ne forte accidat  
nobis pestis aut gladius. **A**t ad  
eos rex egypti. **Q**uare moyses  
et aaron sollicitatis populum ab  
opibus suis. **I**te ad onera vestra.

**D**ixitque pharaon. **Q**uare est populus  
iste videtis quod turba succre-  
vit quanto magis si dedimus  
eis requiem ab opibus. **P**re-  
cepit ergo in die illo perfectis  
operum et exactoribus populi di-  
cens. **N**equaquam ultra dabi-

tis paleas populo ad conficien-  
dos lateres sicut prius sed ipsi  
vadant et colligant stipulam  
et mensuram laterum quas prius  
faciebant imponetis super eos  
nec minuetis quietquam. **V**a-  
cant enim et idcirco vociferantur  
dicentes. **E**amus et sacrificemus  
domino deo deo nostro. **O**pprimantur  
opibus et expleant ea et non  
acquiescant verbis mediatoribus.  
**I**gitur egressi perfecti operum et  
exactores ad populum dixerunt. **S**ic  
dicit pharaon. **N**o do vobis pale-  
as: ite et colligite sicubi inven-  
ire potueritis nec minuetur  
quietquam de opere vestro. **D**ixitque  
quod est populus per omnem terram egip-  
ti ad colligendas paleas preser-  
ti quoque operum instabant dicen-  
tes. **C**omplete opus vestrum cotidie  
ut prius facere solebatis quando  
dabantur vobis palee. **F**lagellatique  
sunt qui perierant opibus filiorum israel  
ab exactoribus pharaonis dicen-  
tibus. **Q**uare non impletis mensuram  
laterum sicut prius nec heri nec  
hodie. **V**eneruntque im-  
positi filiorum israel et vociferati sunt  
ad pharaonem dicentes. **C**ur-  
ita agis contra servos tuos pa-  
lee non dantur nobis et lateres  
sicut imperantur. **E**n famuli tui  
flagellis cedimus et iniuste  
agitur contra populum tuum. **Q**ui  
ait. **V**acatis ocio: et idcirco di-  
citis eamus et sacrificemus do-  
mino. **I**te ergo operamini: pa-  
lee non dabuntur vobis et red-  
detis consuetum numerum laterum

Videbantque se propositi filiorum israel in malo: eo quod diceret eis non minuetur quitquam delicta terribis per singulos dies

Occurrerunt quoque moysi et aaron qui stabant ex adverso egredientes a pharaone et dixerunt ad eos Videat dominus et iudicet quomodo ferere fecistis odorem nostrum coram pharaone et servis eius et prebustis ei gladium ut occideret nos **R**eversusque moyses ad dominum ait Domine cur afflixisti populum tuum Quare misisti me: Eo enim quo ingressus sum ad pharaonem ut loquerer in nomine tuo afflixit populum tuum et non liberaisti eos

**D**ixit dominus **Capitulum. vi.** ad moysen **Plur** videbis quid que facturus sum pharaoni per manum enim fortem dimittet eos et in manu robusta eiciet illos de terra sua **L**ocutusque est dominus ad moysen dicens **E**go dominus qui apparui abraham isaac et iacob **et iacob** in deo omnipotente et nomen meum adonay non iudicavi eis **P**epigique cum eis fedus ut darem illis terram chanaan terram peregrinationis eorum in qua fuerunt advene **E**go autem dixi gemitum filiorum israel quo egyptii oppresserunt eos et recordatus sum pacti mei **I**deo dico filiis israel **E**go dominus qui educaui vos de ergastulo egyptiorum et etiam de servitute ac redimam in brachio excelso. et iudicabo magnum et assumam vos michi in populum et ero vester deus scietis quoque quod ego dominus deus vestri qui educaui vos de

ergastulo. et inducaui in terram super quam leuavi manum meam ut darem eam abraham isaac et iacob. daboque illam vobis possidendam ego dominus **N**arrauit ergo moyses omnia filiis israel **Q**ui non adqueuerunt ei propter angustiam spiritus et operum durissimum **L**ocutusque est dominus ad moysen dicens **I**ngredere et loquere ad pharaonem regem egypti. ut dimittat filios israel de terra sua **R**esponditque moyses coram domino **E**cce filii israel non me audiunt et quomodo audi et me pharaon presertim cum sim in circuitibus labijs **L**ocutusque est dominus ad moysen et aaron: et dedit mandatum ad filios israel et ad pharaonem regem egypti ut educerent filios israel de terra egypti **I**sti sunt principes domorum per familias suas **F**ilii ruben primogeniti israel e henoch et phallu-estrom et charnu **H**ec cognationes ruben. filii symeon iamuhel et iamin et aod. iachyn et sofer et saul filius chananididis. **H**ec progemes symeon. **E**t hec nomina filiorum leui per cognationes suas gerson et chaath. et merari **A**nni autem vite leui fuerunt c. xxxviii **F**ilii gerson lobem et semei per cognationes suas **F**ilii chaath amram et yssuar et hebron et ori ozihel **A**nnique vite chaath c. xxx. m. filii merari. mooli. et mus. **H**ec cognationes leui per familias suas **A**ccepit autem amram

uxorem iocabed patruelem suam  
 que peperit ei aaron et moysen et  
 mariam fueruntque anni vite am-  
 itam c. lxxvii filij quoque ysulhar  
 chore et napheg et zethri filij  
 quoque ozi ozihel mysahel et hel  
 saphan et sethri. **A**ccepit autem  
 aaron uxorem elysabeth filiam  
 aminadab sororem naason  
 que peperit ei nadab et abiu et  
 eleazar et ythamar filij quoque  
 chore aser et helchana et abia-  
 sach. **H**ec sunt generationes cho-  
 reth. **A**t vero eleazar filius  
 aaron sacerdotis accepit uxorem  
 de filiabus phatuhel: que peperit  
 ei finees. **H**ij sunt principes fami-  
 liarum leuitarum per cognationes su-  
 as. **I**ste est aaron et moyses qui  
 bus precepit dominus ut educent fili-  
 os israel de terra egypti per turmas  
 suas. **H**ij sunt qui locuti sunt ad pha-  
 raonem regem egypti ut edu-  
 cant filios israel de egypto. **I**ste  
 moyses et aaron in die qua  
 locutus est dominus ad moysen in  
 terra egypti. **Capitulum vij.**

**E**t locutus est dominus ad moy-  
 sen dicens. **E**go dominus loquor  
 tibi ad pharaonem regem egypti  
 omnia que ego loquor tibi.  
**E**t ait moyses coram domino. **E**n  
 in circuitibus labijs ego sum  
 quomodo audiet me pharaos?

**D**ixitque dominus ad moysen. **E**cce  
 constitui te dominum pharaonis et aa-  
 ron fratrem tuum erit propheta tuus.  
**T**u loqueris omnia que mando  
 tibi. et ille loquitur ad pharao-  
 nem ut dimittat filios israel

de terra sua. sed ego indurabo cor eius  
 et multiplicabo signa et ostenta  
 mea in terram egypti et non audi-  
 et nos. **I**n mittamque manum meam  
 super egyptum et educam exercitu-  
 tum et populum meum filios israel de  
 terra egypti per iudicia maxima:  
 et scient egyptii quod ego sum  
 dominus qui extendi manum me-  
 am super egyptum et educaui fili-  
 os israel de medio eorum. **F**ecit ita-  
 que moyses et aaron sicut pre-  
 cepit dominus. ita egerunt. **E**rat  
 autem moyses octoginta annorum  
 et aaron octoginta et trium  
 quando locuti sunt ad pharaonem.

**D**ixitque dominus ad moy-  
 sen et aaron. **C**um dixerit vob  
 pharaos ostendite signa: dices  
 ad aaron. **T**olle virgam tuam et  
 proice eam coram pharaone  
 et seruis eius et statuit in  
 colubum. **I**ngressi itaque moyses  
 et aaron ad pharaonem. fecerunt  
 sicut precepit dominus. **T**ulitque aa-  
 ron virgam et iecit coram phara-  
 one et seruis eius que versa  
 est in colubum. **V**ocauit autem  
 pharaos sapientes et maleficos  
 et fecerunt etiam ipsi per incantatio-  
 nes suas et arthana quedam  
 sicut proieceruntque singuli vir-  
 gas suas que ver-se sunt in draco-  
 nes. **S**ed deuorauit virga aaron  
 virgas eorum. **I**nduratumque est cor  
 pharaonis et non audiuit eos  
 sicut preceperat dominus. **D**ixit  
 autem dominus ad moysen. **I**ngua-  
 tum est cor pharaonis non vult  
 dimittere populum. **V**ade ad eum  
 mane: ecce egredietur ad aquas

**E**t stabis in occursum eius super  
ripam fluminis. Et vbera que co  
uersa est in draconem tolles in  
manu tua dicesque ad eum Dominus  
deus hebreorum misit me ad te. di  
cens Dimitte populum meum  
ut sacrificet michi in deserto. Et usque  
ad presentem audire nolueris. Herigi  
tur dicit dominus In hoc scies quod  
dominus sum. Ecce percussam virga  
quam in manu mea est aqua flu  
minis. Et vertet in sanguinem. Pis  
ces quoque qui sunt in flumine  
morientur. Et computrescent a  
que. Et affligentur egyptii biben  
tes aquam fluminis. Dixit  
quoque dominus ad moysen Dic ad  
aaron Tolle virgam et extende  
manum tuam super aquas egypti et  
super fluuios eorum et riuos ac  
paludes et omnes latus aquarum  
ut vertantur in sanguinem et sit au  
is in omni terra egypti tam  
in ligneis vasibus quam in saxe  
is. Fecerunt itaque moyses et aa  
ron sicut precepit dominus. Et eleuauit  
virgam percussit aquam fluminis  
coram pharaone et seruis eius.  
Que versa est in sanguinem. Et pis  
ces qui erant in flumine mor  
tui sunt. Computrueruntque fluuius  
et non poterant egyptii bibere  
aquam fluminis et fuit sanguis  
in tota terra egypti. Feceruntque  
sicut maleficia egyptiorum in ca  
tationibus suis. Et induratum  
est cor pharaonis nec audiuit  
eos sicut precepit dominus. Rur  
sumque se et ingressus est domum  
suam. nec apposuit cor eam  
hac vice. Fecerunt autem omnes  
egyptii per circuitum fluminis a

quam ut bibent. Non enim poterant  
bibere de aqua fluminis. Impleti que  
sunt septem dies postquam percussit do  
minus fluuium. **Capitulum. viij.**

**D**ixit quoque dominus ad moysen  
Ingredere ad pharaonem  
regem egypti et dices ad eum  
Hec dicit dominus Dimitte populum  
meum ut sacrificet michi. Si autem  
nolueris dimittere. ecce ego per  
cussam omnes primogenitos tuos ranis  
et ebulliet fluuius ranas. Que  
ascendet et ingredietur domum  
tua et cubiculum lectuli tui. Et  
suppositum tuum et in domum seruorum  
tuorum et in populum tuum et in filios  
tuos et in reliquias tiborum tuorum  
et ad te et ad populum tuum et ad  
omnes seruos tuos mirabuntur ra  
ne. Dixitque dominus ad moysen Dic  
ad aaron Extende manum tuam  
super fluuios et super riuos ac palu  
des et educ ranas super terram egypti.  
Et extendit aaron manum super  
aquas egypti. et ascenderunt rane  
operueruntque terram egypti. Fecerunt  
autem et maleficia per imitationes  
suas sicut eduxeruntque ranas su  
per terram egypti. Vocauit autem  
pharaon moysen et aaron. et dix  
it eis Orate dominum ut auferat  
ranas a me et a populo meo et  
dimittam populum ut sacrificet do  
mino. Dixitque moyses pharaoni  
Constitue michi quoniam deprecer  
pro te. et pro seruis tuis. et pro  
populo tuo dominum ut abigant rane  
a te et a domo tua et a pueris  
tuis et a populo tuo. et tantum in  
flumine remaneant. Qui res  
pondit Cras ait ille. iuxta verbum  
inquit tuum fiat. ut scias quomodo

am non est sicut dñs deus nr̄  
et recedent rane a te et a domo  
tua et a seruis tuis et a popu  
lo tuo tantū in flumine rema  
ne remanebūt **Egressiq;** sūt  
moyses et aaron a pharaone  
**Et** clamauit moyses ad dñm  
pro sponſione ranarū quā con  
dixerat pharaon fecitq; dñs  
iuxta v̄bū moysi. ⁊ mortue sūt  
rane de domib; et de villis  
et de agris congregauerūtq;  
eas in m̄mesos aggeres ⁊ com  
putruit t̄ra **Videns** autē pha  
rao quod data eēt requies in  
ḡuauit cor suū et nō audiuit  
eos sicut p̄cepit dñs.

**Dixitq;** dñs ad moysen loque  
re ad aaron **Extende** v̄gā tuā  
et p̄tere puluē t̄re et sūt ser  
scimphes in vniūsa t̄ra egypti  
fecerūtq; ita **Et** extendit aaron  
v̄gam quam manu tenebat p̄  
cussitq; puluē t̄re et f̄a sūt  
scimphes in hoib; et in iumentis  
**Omnis** puluis t̄re v̄sus est i  
scimphes p̄ totam t̄ram egypti  
fecerūtq; simul et maleficia  
p̄ incantationes eorū. ut educe  
rent scimphes et nō potuerūt  
Etiantq; scimphes tam in hoī  
b; quā in iumentis

**Et**  
dixerūt maleficia ad pharaonē  
**Digitus** dei ē hoc. Indurātūq; ē  
cor pharaonis et nō audiuit  
eos sicut p̄cepit dominus

**Dixit** quoq; dñs ad moy  
sen **Consurge** diluculo et sta  
coram pharaone **Egredietur**  
enī ad aquas. ⁊ dices ad eū  
**Hec** dicit dñs **Dimitte** popu  
lum meū ut sacrificet michi  
**Quod** si nō dimiseris eum:

ecce ego mittam in te et in  
seruos tuos et in populū tuū  
et in domos tuas omē genus  
muscarū et implebūt domos  
egyptiorū muscis diuisi genis  
⁊ vniūsa t̄ra in qua fuerint.  
faciāq; mirabile in die illa in  
t̄ra gessen in qua p̄tus meū  
ē. ut nō sint ibi musce. ⁊ sciēt  
quia ego dñs in medio t̄re. **Pro**  
namq; diuisionem int̄ popu  
lū meū ⁊ pplm tuū **Cuius** erit  
signū istud **Fecitq;** dñs ita et  
venerūt musce grauiſſime in  
domos pharaonis et in omēs  
seruos eius ⁊ in omne t̄ram  
egypti **Corrupta** q; ē in t̄ra ab  
huiusmodi muscis.

**Locauitq;** pharao moysen  
et aaron. ⁊ ait eis **Ite** sacrifi  
cate deo v̄ro in t̄ra hac **Et** ait  
moyses **Non** potest ita fieri abho  
minationes enī egyptiorū im  
molabim; dñō deo nr̄o **Quo**  
si mactauerim; ea q̄ colūt egip  
tū coram eis lapidib; nos ob  
ruent **Uiam** triū dierū p̄ge  
mus in solitudinem et sacri  
ficabim; dñō deo nr̄o sicut p̄  
cepit nob̄ **Dixitq;** pharao  
**Ego** dimittam uos ut sacrificetis  
dñō deo v̄ro in deserto **Uerum**  
tamē loquus ne abeat̄is **Roga**  
te pro me **Et** ait moyses **Egres**  
sus a te orabo dñm et recedet  
musca a pharaone et a ser  
uis eius et a pplō eius **Verū** t̄ras  
tamen noli vlt̄ fallē ut non  
dimittas pplm sacrificare dñō  
**Egressq;** moyses a pharaonē  
orauit dñm ut recederet mus  
ca a pharaone **Qui** fecit iux  
v̄bū illius. ⁊ abstulit muscas

a pharaone & a seruis eius et a populo eius. Non sufficit nec una quidem. Et ingratiatum est cor pharaonis ita ut nec hac quidem vice dimittet populum.

**D**ixit autem **Capitulum ix.** Dominus ad moysen Ingre-  
dere ad pharaonem & loqui  
adeum. Hec dicit Dominus deus he-  
breorum. Dimitte populum meum  
ut sacrificet michi. Quod si ad-  
huc renuus et retines eos: et  
ce manus mea erit super agros  
tuos et super equos & asinos  
& camelos tuos & boues et o-  
ues pestis valde gravis. Et fa-  
ciet Dominus mirabile in possessione  
israhel & possessiones e-  
gyptiorum ut nichil omnino pe-  
reat ex his que pertinent ad fili-  
os israhel. Constituitque Dominus tempo-  
dicens. Cras faciet Dominus verbum  
istud in terra. Fecit ergo Dominus  
verbum hoc altera die. Mortua  
que sunt omnia animalia e-  
gyptiorum. De animalibus vero filiorum  
israhel nichil omnino perijt. Et  
misit pharao ad videndum  
nec erat quicquam mortuum  
de his que possidebat israhel. In-  
quatuor est cor pharaonis: et  
non dimisit populum.

**E**t dixit Dominus ad moysen et aaron  
Tollite plenas manus cineris  
de camino & spargat illum moy-  
ses in celum coram pharaone  
sitque pulvis in omni terra egip-  
ti. Erunt enim in hominibus  
et in iumentis vulnera: &  
vesice turgentes in universa  
terra egypti. Tuleruntque cinerem  
de camino & steterunt coram  
pharaone. et sparsit illum  
moyses in celum: factaque sunt

vulnera vesicarum turgentium in ho-  
minibus et in iumentis. Hec  
poterat maleficis stare coram  
moyses propter vulnera que in illis e-  
rant et in omni terra egypti.  
Induravitque Dominus cor pharao-  
nis & non audiuit eos sicut lo-  
cutus est Dominus ad moysen.

**D**ixit quoque Dominus ad moysen  
Mane consurge et sta coram pha-  
raone: & dices ad eum. Hec  
dicit Dominus deus hebreorum. Dimitte  
populum meum ut sacrificet michi  
quia in hac vice mittam omnes pla-  
gas meas super cor tuum et super  
seruos tuos & super populum tuum ut  
scias quod non sit simulis mei  
in omni terra. Fluct enim extendes  
manum preciam te et populum tuum  
peste peribis quia de terra. Idcirco  
autem posui te ut ostendam  
in te fortitudinem meam & nar-  
ret nomen meum in omni ter-  
ra. Adhuc retines populum meum  
et non vis eum dimittere? En plu-  
am hac ipsa hora cras grandi-  
nem multam nimis quam non  
fuit in egypto a die qua funda-  
ta est usque in presentis tempus. Mit-  
te ergo iam nunc & congrega  
iumenta tua et omnia que habes  
in agro. Homines enim & iu-  
menta et universa que iumenta  
fuerint foris nec congregata  
de agris ceciderunt quia super ea gran-  
do morientur. Qui timuit verbum  
domini de seruis pharaonis fecit  
confuge servos suos & iumen-  
ta in domos. Qui autem neg-  
lexit sermonem domini di-  
misit servos suos & iumenta  
in agris. Et dixit Dominus



ad moysen **E**xtende manū tuam  
in celū ut fiat grando in vniuersa  
tra egypti sup homines & sup  
uimenta et sup omnem herbam  
agri in tra egypti **E**xtenditq;  
moyses vngam in celum: & dñs  
dedit tomtrua et grandinem  
ac discurrētia fulgura sup tra  
**P**luuitq; dñs grandinem sup om  
nem tra egypti & grando &  
ignis mixta pariter ferebant  
**I**anteq; fuit magnitudinis q̄te  
ante nūqm̄ appuit in vniuersa  
tra egypti ex quo gr̄s in ea con  
dita est **E**t percussit gr̄do in oī  
tra egypti cūcta q; fuerūt magris  
ab homine usq; ad uimentū  
**C**urtamq; herbam agri percussit  
gr̄do et omne lignū regionis cō  
fregit tantū in tra gessen ubi  
erant filij isrl̄ grando nō cecidit  
**M**isitq; pharao et vo  
cauit moysen et aaron dicens  
ad eos **P**eccaui etiam nūc **D**o  
minus iustus ego & popul⁹ me⁹  
impii **O**rate dñm ut desinat  
tomtrua tua dei & grando & di  
mittam vos: & nequaq; hic  
ult⁹ maneat **A**it moyses **C**ū  
egress⁹ fuero de vrbe extendā  
palmas meas ad dñm & cessa  
bit tomtrua et grando non e  
rit ut scias quia dñm est tra  
**F**loui autem quod & tu et ser  
uitui nec dum timeas dñm  
dñm **L**inū ergo et ordeū lesūm  
est eo qd̄ ordeum eet vrens &  
linum iam folliculos germina  
ret **T**riticū autem et far nō  
sūt lesa quia serotina erant.  
**E**gressusq; moyses a pharao  
ne & ex vrbe tetendit manū

suas ad dñm & cessauerūt tom  
trua & grando nec ult⁹ stillauit  
pluuia sup tra **V**idens autē  
pharao quod cessasset pluuia  
& grando & tomtrua auertit pec  
catū et ingrāuatū ē cor pharao  
nis eius & seruoꝝ illis et indu  
ratū nimis nec dimisit filios  
isrl̄ sicut p̄cepit dñs p̄ manū  
moysi. **Capitulum. x.**

**E**t dixit dñs ad moysen  
**I**ngredē ad pharaonem  
**E**go em̄ induravi cor eius &  
seruoꝝ illis ut faciā signa  
mea hec in eo & nares in au  
rib⁹ filij tui: & nepotū tuorum  
quotiens contuerim egyptios  
et signa mea fecerim in eis  
& sciat⁹ quia ego sum dñs de⁹  
**I**ntroierūt ergo moyses & aa  
ron ad pharaonē: et dixerūt  
ad eum. **H**ec dicit dñs deus  
heboꝝ **V**squequo nō vis subici  
mich **D**imittē populū meū ut  
sacrificet in **S**ina autem resistis  
et nō vis dimitte eū: ecce ego  
inducam cras locustā in fines  
tuos q̄ opiet superficiem t̄re nec  
quitquam eius appeat sed co  
medat quidq; residuū fuit gr̄  
dini que germinat in agris  
& implebūt domos tuas et ser  
uoꝝ tuoz: et om̄ egyptioꝝ  
quantam nō viderūt patres  
tui & auī. ex quo orti sūt sup  
tra usq; in p̄ntem diem dñi  
titq; se et egressus est a pha  
raone **D**ixerūt autē serui  
pharaonis ad eū. **V**squequo  
paciemur hoc scandalū. **D**i  
mitte hoīes ut sacrificent dño

deos suos. **N**onne vides quod perierit egiptus. Reuocaueruntque moysen et aaron ad pharaonem qui dixit eis. **I**te sacrificate domino deo vestro. **Q**ui nam sunt qui iurati sunt. **A**it moyses. **C**um pauper noster et semioberis pugnemus cum filiis et filiabus eius cum ouibus et armamentis. **E**st enim sollempnitas dei nostri. **E**t respondit pharaos. **S**ic dominus sit vobiscum: quomodo ego dimittam uos et pueros vestros. **C**ui dubium est quod pessime cogitatis. **N**on fiet ita. **S**ed ite tantum viri et sacrificate domino hoc enim et ipsi petitis. **S**tatimque electi sunt de conspectu pharaonis

**D**ixit autem dominus ad moysen. **E**xtende manum tuam super terram egipti ad locustam ut ascendat super eam et deuoret omnem herbam que residua fuit grandinis. **E**t extendit moyses virgam super terram egipti: et dominus induxit ventum videntem tota die illa ac nocte. **E**t mane factus ventus virens leuauit locustas. **Q**ue ascenderunt super uniuersam terram egipti et sederunt in cunctis finibus egiptiorum innumeraabiles quales ante illud tempus non fuerunt nec postea future sunt. **O**perueruntque uniuersam superficiem terre vastantes omnia. **D**euorata est igitur herba terre: et quicquid pomorum in arboribus fuit que grandis diruerat. **N**ihilque omnino virens relictum est in lignis et in herbis terre in cuncta egipti

**Q**uam obrem festinus pharaos vocauit moysen et aaron. **E**t dixit eis. **P**eccaui in domino deum vestrum et in uos: sed nunc dimitte in pacem etiam hac vice et rogare dominum deum vestrum ut auferat a me mortem istam. **E**gressusque est moyses de conspectu pharaonis et orauit dominum. **Q**ui flare fecit ventum ab occidente vehementissimum: et arreptam locustam proiecit in mare rubrum. **N**on remansit nec una quidem in cunctis finibus egipti. **E**t induit dominus cor pharaonis nec dimisit filios israel. **D**ixit autem dominus ad moysen. **E**xtende manum tuam in celum et sint tenebre super terram egipti tam dense ut palpari queant. **E**xtendit moyses manum in celum et facte sunt tenebre horribiles in uniuersa terra egipti. **T**ribus diebus nemo vidit fratrem suum nec mouit se de loco in quo erat. **I**bi quoque habitant filii israel lux erat. **V**ocauitque pharaos moysen et aaron: et dixit eis. **I**te sacrificate domino. **Q**ues tantum uire et armamenta remaneant. **P**uuli vestri erant uobiscum. **A**it moyses. **H**ostias quoque et holocausta dabis nobis que offeramus domino deo nostro. **C**uncti greges pugnent nobiscum nec remanebit ex eis unguis que necessaria sunt in cultum domini dei nostri: preteritum cum ignoremus quid debeat immolari. **D**onet ad ipsum locum pugniamus. **I**ndurauit autem dominus cor pharaonis et noluit dimittere eos. **D**ixit quoque pharaos ad moysen. **R**ecede a me et

caue ne ultra videas faciem meam  
 Quacūq; die apparueris michi  
 morieris **Endit moyses** Ita fiet  
 ut locutus es nō videbo vlt<sup>m</sup> faci-  
 em tuam. **Capitulum .xi.**

**E**t dixit dñs ad moysen.  
 Adhuc vna plaga tangam  
 pharaonem et egyptū et post  
 hec dimittet uos ⁊ exire com-  
 pellet **Dices** ergo omni ple-  
 bi ut postulet vir ab amico suo  
 et mulier a vicina sua vasa  
 argentea ⁊ aurea et vestem  
**Dabit** autē dñs grāz pplō suo  
 coram egyptiis **E**xitq;  
 vir magnus valde moyses in  
 tēra egypti coram seruis pha-  
 raonis et omni populo ⁊ ait  
 hec dicit dñs **Media** nocte  
 ingrediat in egyptū et mori-  
 etia omne p̄mogenitū in tēra  
 egyptior **A** p̄mogenito pha-  
 raonis qui sedet in solio eius  
 usq; ad p̄mogenitū acille que  
 est ad molam et omnia p̄mo-  
 gemita iumentoz: eritq; elāoz  
 magnus in vniūsa tēra egypti  
 qualis nec antea fuit nec pos-  
 tea futurus est **Apud** omēs au-  
 tem filios isrl' nō muuet canis  
 ab hoīe usq; ad penus ut scia-  
 tis quāto miraclo diuidat do-  
 minus egyptios et isrl' **Des-**  
 cendentq; omēs serui tui isti ad  
 me ⁊ adorabūt me dicentes  
**Egrede** tu ⁊ omēs pplus qui sub-  
 iectus ē tibi post hec egrediem  
**Et** exiuit a pharaone iratus  
 nimis **Dixit** autē dñs ad moy-  
 sen **Hō** audiet uos pharao  
 ut multa signa fiant in tēra e-  
 gipti **Moses** autē et aaron

fecerūt omnia signa ⁊ ostenta  
 que scripta sūt corā pharaone.  
**Et** indurauit dñs cor pharao  
 nis nec dimisit filios isrl' de  
 terra sua. **Capitulum .xij.**

**D**ixit quoq; dñs ad moy-  
 sen et aaron in tēra e-  
 gipti **Mensis** iste vob p̄cipū  
 mensū p̄mō erit in mēsisibus  
 anni loquimini ad vniūsum  
 cetū filioz isrl' ⁊ dicite eis **De-**  
 cima die mēsis huius tollat vnus  
 quisq; agnū p̄ familias ⁊ domos  
 suas **S**mautem minor ē nu-  
 metz ut suffice possit ad uestren-  
 dū agnū assumet vicinū suū  
 qui quictus est domui eius iuxta  
 numerz aiarū qui suffice possit  
 ad uestendū agnū **Erit** autē  
 agnus absq; macula masculus  
 annulo iuxta quē ritū tolletis  
 et hedū ⁊ seruabitis eū usq;  
 ad q̄rtādecimā diem mēsis huius  
 immolabitq; eū vniūsa multitu-  
 do filioz isrl' ad vespertam **Et** su-  
 met de sagne agni ac ponet  
 sup vtrūq; postem ⁊ insuphi-  
 minarib; domoz in quibus  
 comedent illū **Et** edent carnes  
 nocte illa assas igni: ⁊ azinos  
 panes cū lacturis agrestib;  
**Non** comedetis ex eo crudū  
 quod nec coctum aqua: sed  
 assum tantū igni **Caput** cū  
 pedibus eius et intestinis vorā-  
 bitis: nec remanebit ex eo  
 quitquā usq; mane **Si** quid  
 residuū fuerit igne combure-  
 tis **Sic** autē comedetis illum  
**Penes** vros attingetis et cal-

riamēta habebitis in pedib9 te-  
 nētes baculos in manib9 et come-  
 detis festinātes. **Est** em̄ phase id  
 est t̄nsit9 dñi. Et t̄nsibo per t̄ra  
 egypti nocte illa p̄cūāq9 omēz  
 p̄mogenitū in t̄ra egypti ab ho-  
 mine usq9 ad pec9. et in auctis  
 dñs egypti faciam iudicia ego  
 dñs. **Erit** autē sanguis vob in  
 signū in edib9 in quib9 et̄itis:  
 et videbo sangnē ac t̄nsibo uos.  
 nec erit in vobis plaga disp-  
 detis quādo p̄cūssero t̄ram egypti  
 ti. **Habebit** autem hac diem in  
 mōmētū: et celebrabitis eā  
 sollempnē dñō in gnācionib9  
 vestris cultu sempit̄no. **Septem**  
 dieb9 comedētis azima in die  
 p̄mo nō erit fermentū in domib9  
 v̄ris. **Quicumq9** comederit fer-  
 mentatū p̄bit aīa illa de isrl: a  
 p̄mo die usq9 ad diem septimū.  
**Dies p̄ma** erit **et** scā atq9 sol-  
 lempnis. et dies septima eadē  
 festiuitate venerabil. **Nichil** o-  
 peis facietis in eo exceptis hijs  
 que ad vestendū p̄tinēt et obs-  
 uabitis azima. **In** eandem em̄  
 ipā die educam exercitū v̄r̄m de  
 t̄ra egypti et custodietis diem  
 istū in gnāciones v̄ras ritu p̄-  
 tuo p̄mo mēse quarta decima  
 die mensis ad vesp̄erā come-  
 detis azima usq9 ad diem vice-  
 simā p̄mā. eiusdem mēsis  
 ad vesp̄eram. **Septē** dieb9 fer-  
 mentatū nō inuenietur in do-  
 mib9 v̄ris. **Qui** comedit fer-  
 mentatū p̄bit aīa eius de cetū  
 isrl: t̄ā de aduenis quā de in-  
 digens tertē. **Omne** ferme-

tatū nō comedētis. in cūctis habi-  
 tacul' v̄ris edētis azima. **Vocauit**  
 autem moyses omēs seniores si-  
 horū isrl. et dixit ad eos. **Ite** tol-  
 lentes aīal p̄ familias v̄ras et  
 imolate phase fasciculūq9 vsopi  
 intinguite in sanguine quē in  
 lumine. et app̄gite ex eo sup̄hi-  
 minare et utruq9 postem. **Nullo**  
 v̄r̄m egrediat' hostiū dom9 sue  
 usq9 in mane. **Transibit** em̄  
 dñs p̄cūiens egyptios. **Cūq9** vi-  
 derit sangnē in sup̄hminari et  
 in utroq9 poste t̄nsendet hostiū:  
 et nō s̄met p̄cūssorem ingredi  
 domus v̄ras et ledere. **Custodi**  
 v̄bū istud legitimū tibi et filijs  
 tuis usq9 in et̄nū. **Cūq9** introie-  
 ris t̄ram quam dñs datus ē  
 tibi ut pollicatus est. obseruab  
 cetimomas istas. **Et** cū dice-  
 rint vobis filij v̄ri. q̄ est ista  
 religio. **Dicētis** eis. **Victima** t̄n-  
 situs dñi est: quōd t̄nsiuit sup̄  
 domos filiorū isrl' in egypto p̄cū-  
 ciens egyptios et domos v̄ras  
 liberans. **Incuuatusq9** p̄plus  
 adorauit. **Et** egressi filij isrl'.  
 fecerūt sicut p̄cep̄at dñs moysi  
 et aaron. **Factū** est autem in  
 noctis medio. passit dñs omē  
 p̄mogenitū in t̄ra egypti a p̄-  
 mogenito pharaonis qui sede-  
 bat in solio eius usq9 ad p̄mo-  
 genitū iumētōz. **Surrexitq9**  
 pharao nocte et omēs serui  
 eius cūctaq9 egyptus et ortus  
 ē clamor magnus in egypto.  
**Neg** em̄ erat domus in qua nō  
 iaceret mortuus. **Vocatisq9**

pharao moysse et aaron nocte  
 ait **S**urgite et egredimini a  
 populo meo et vos et filii israel. Ite  
 et immolate domino sicut dicitis  
**Q**ues vitas et armenta assumi  
 te ut perieratis et abeutes ben  
 dicite michi. Urgebant quoque egyptii  
 populum israel de terra egypti exire  
 velociter dicentes: omnes mori  
 emus. Tullit igitur populus conspersam  
 farinam antequam fermenta  
 ret et ligans in palliis. posuit  
 super humeros suos feceruntque filii  
 israel sicut precepit dominus moysi: et  
 perierunt ab egyptiis vasa arge  
 tea et aurea uestem quoque plurimam  
**D**edit autem dominus gratiam populo co  
 ram egyptiis ut commodarent  
 eis: et spoliauerunt egyptios  
**P**rofectique sunt filii israel de ra  
 masse in sochot: sexcenta ferme  
 milia pedum virorum absque puu  
 lis et mulieribus. Sed et vulgus pro  
 mistum numerabile ascendit  
 cum eis. **Q**ues et armenta et ani  
 mancia diuisi generis multam  
 in eis. **C**overuntque farinam qua  
 dudum conspersam de egypto  
 tulerat: et fecerunt subineruicos  
 panes et azimos. **H**ecque enim  
 potant fermentari cogentibus  
 exire egyptiis et nullam facere  
 sumentibus moram: nec pulme  
 ti quicquam potuerunt parare  
**H**abitatio autem filiorum  
 israel qua manserant in egypto fu  
 it quadringentorum et triginta annorum  
**Q**uibus expletis eadem die egres  
 sus est omnis exercitus domini de terra  
 egypti. **R**ex ista est obseruabit  
 domino quando eduxit eos de terra

egypti hanc obseruare debent omnes  
 filii israel in generationibus suis.

**D**ixitque dominus ad moysen  
 et aaron **H**ec est religio phase  
**D**ominus alienigena non comedit  
 ex eo. **D**ominus autem seruus  
 eruptivus circumcidet: et sic come  
 det. **A**dvena et mercennarius  
 non edent ex eo. **I**n una domo  
 comeditur nec offerretur de carni  
 bus eius foras. **N**ec opus illius con  
 firmgetur. **D**ominus ceteris filiorum  
 israel faciet illud. **Q**uod si quis  
 peregrinorum in terram voluerit  
 transire colomam et facere phase  
 domini circumcidet prius omne masculi  
 num eius. et tunc rite celebrabit  
 eritque sicut indigena terre. **S**i quis  
 autem transibit non fuerit non ves  
 setur ex eo. **E**adem lex est indi  
 gene et colono qui pignatur  
 apud vos. **F**ecerunt omnes filii israel  
 sicut precepit dominus moysi et aa  
 ron: et in eadem die eduxit  
 dominus filios israel de terra egypti p  
 turmas suas. **Capitulum xiii.**

**D**ixitque dominus ad moy  
 sen dicens **S**anctifica in  
 omne primogenitum quod aperit  
 vuluam in filiis israel tam de  
 hominibus quam de iumentis: mea  
 enim sunt omnia. **E**t ait moyses  
 ad populum **M**emorate diei huius  
 in qua egressi estis de egypto  
 et de domo seruitutis quonia  
 in manu forti eduxit vos dominus  
 de loco isto ut non comedatis  
 fermentatum panem. **H**odie egre  
 dimini mense nouatum frugum  
**Q**uodque introduxerit te dominus in terram  
 chananei et ethei et amorrei

et euei et iebusei quam iurauit  
 patribus tuis ut daret tibi terram  
 fluentem lacte et melle: celebra-  
 bitis hunc morem factorum mense  
 isto. **S**eptem diebus vescebitis azima  
 et in die septimo erit sollempni-  
 tas domini. Azima comedetis sep-  
 tem diebus non apparet apud te  
 aliquid fermetatum nec in tunc-  
 tis frumibus tuis. **N**arrabisque fi-  
 lio tuo in die illo dicens. **H**oc  
 est quod fecit dominus mihi quando e-  
 gressus sum de egypto et erit  
 quasi signum in manu tua et quasi  
 monumentum ante oculos tuos  
 et ut lex domini semper sit in  
 ore tuo. **I**n manu enim forti eduxit  
 te dominus de egypto. **C**ustodies  
 huiusmodi cultum statuto tem-  
 pore a diebus in dies. **C**umque in-  
 troduxit te dominus in terram ethio-  
 nei sicut iurauit tibi et patribus  
 tuis et dedit eam tibi: sepabis  
 omne quod aperit vuluam domino  
 et quod primitiuum est in pecoribus  
 tuis quicquid habueris masculi-  
 num sexus consecrabis domino. **P**ri-  
 mogenitum asini mutabis oue.  
**Q**uod si non redemeris ineffi-  
 cies. **O**mne autem primogenitum  
 hominis de filiis tuis pretio redimes.  
**C**umque interrogauit te filius tuus  
 dicens quid est hoc. **R**es-  
 pondebis ei. **I**n manu forti e-  
 duxit nos dominus de egypto de  
 domo seruitutis. **N**am cum in-  
 duratus esset pharaon et nollet nos  
 dimittere occidit dominus omne primo-  
 genitum in terra egypti a primo-  
 genito hominis usque ad primogenitum  
 iumentorum. **I**dcirco immolo domino

omne quod aperit vuluam masculi-  
 num sexus: et omnia primogeni-  
 ta filiorum meorum redimo. **E**rit i-  
 gitur quasi signum in manu tua et  
 quasi appensum quod sit ob re-  
 cordationem in oculis tuis eo quod  
 in manu forti eduxit nos de e-  
 gypto. **I**gitur cum emisisset pharaon po-  
 pulum non eduxit eos per viam  
 terre philistinorum quae vicina est repu-  
 tans ne forte periret eum si  
 vidisset aduersum se bella consur-  
 gere et reuertetur in egyptum sed  
 circumdedit per viam deserti que est  
 iuxta mare rubrum. **E**t armati  
 ascenderunt filii israel de terra egypti.  
**L**ulit quoque moyses ossa ioseph  
 secum: eo quod adiurasset filios israel.  
**V**isitabit vos deus efferte  
 ossa mea hinc vobiscum. **P**ro-  
 fectique de sochet castra metati  
 sunt in ethan in extremis frumibus  
 solitudinis. **D**ominus autem prece-  
 dit eos ad ostendendam viam  
 per diem in columpna nubis et  
 per noctem in columpna ig-  
 nis ut dux esset itineris in vltimo  
 quo tempore. **N**unquam defuit colump-  
 na nubis per diem nec colump-  
 nam ignis per noctem coram  
 populo. **Capitulum. xiiii.**

**I**locutus est autem dominus ad  
 moysen dicens. **L**oquere  
 filiis israel. **R**eueri castra metentur  
 e regione phraguoth quae est inter  
 magdalu et mare contra behelse-  
 phon in conspectu eius castra pone-  
 tis super mare. **D**icturus quoque est pha-  
 raon super filios israel: **C**ohartati sunt

in tra: conclusit eos desertum  
 Et indurabo cor eius atq; pseq  
 tu- uos & glorificabor in phara  
 one & in omni exercitu eius sci  
 entq; egyptij quia ego sum dñs  
 feceruntq; ita: & nūciatū est regi  
 egyptiorū qd° fugissz pplus In  
 mutatuq; est cor pharaonis &  
 ser-uorū eius sup ppls & dixerūt  
**Q**uid volumus face' ut dimitt  
 terem⁹ isrl' ne seruiet nobis:  
**I**unxit ergo curruū: & omēs  
 pplm suū assūpsit seruū Tulitq;  
 sexcentos curruū electos & quit  
 quid in egypto curruū erat:  
 & duces totius exercitus Indua  
 uitq; dñs cor pharaonis regis  
 egypti & psecutus ē filios isrl'  
 At illi egressi erant in manu  
 exelsa Cūq; psequēnt⁹ egyptij  
 vestigia pcedentiū repererūt  
 eos in castris sup mare Dis  
 equitatus & curruū pharaonis  
 & uniusus exercitus erat in phr  
 ageth cont' behelsephon.  
 Cumq; appinquasset pharao.  
 Leuantes filij isrl' oculos uide  
 rūt egyptios post se & timuerūt  
 valde Clamauerūtq; ad dñm  
 & dixerūt ad moysen forsitan  
 nō erant sepulchra in egypto  
 : ideo tulisti nos ut moreremur  
 in solitudine Quid hoc face' uo  
 luisti ut educes nos ex egypto  
 Hōne iste est sermo quem loq  
 bant⁹ ad te in egypto dicentes  
 Recede a nobis ut seruiamus  
 egyptijs? multo enim melius ē

seruire eis quam mori in solitu  
 dine. Et ait moyses ad pplm No  
 lite time' State & videte magna  
 hadm que factus est hodie Egyp  
 tios em quos nūc videtis nequa  
 quā ul' videbitis usq; in sempit  
 nū Dñs pugnabit pro nobis  
 & vos tacebitis **D**ixitq;  
 dñs ad moysen Quid clamas ad  
 me: Loquere filiis isrl' ut profici  
 cant⁹ tu autem eleua vgam tuā  
 & extende manū tuam sup ma  
 re et diuide illud ut gradient⁹  
 filij isrl' in medio mari p sicū  
 Ego autem indurabo cor egyp  
 tiorū ut psequant⁹ vos: et gloi  
 ficabor in pharaone & i omni  
 exercitu eius & in curribus atq;  
 in equitib⁹ eius Et scient egyp  
 tū quia ego sum dñs: cū glori  
 ficatus fuerō in pharaone et  
 in curribus atq; in equitib⁹  
 eius Tollens q; se angelus dei  
 qui pcedebat castr' isrl'. abiit p  
 eos. & cū eo parit⁹ columpna  
 nubis pōra dimittens post tē  
 stetit int' castr' egyptiorū & castr'  
 isrl' et erat nubes tenebrosa &  
 illuminans noctem: ita ut ad  
 se inuicem toto noctis tempore  
 accede' non valent Cūq; exten  
 disz moyses manū sup mare  
 abstulit illud dñs flante vento  
 vehemēti et vrenti tota nocte  
 & vtit in sicum Diuise q; sūt  
 aque: & ingressi sūt filij isrl'  
 p mediū sicū maris Erant em  
 aque quasi murus a dextris eo  
 rū et leua psequētesq; egyp  
 tū ingressi sūt post eos: omēs

**Ex**

equitatus pharaonis currus et equites p̄ mediū maris iamq; aduenerat vigilia matutina ⁊ ecce respiciens dñs sup castra egyptiorū p̄ colūpnā ignis ⁊ nubis et interfecit exatū eorū ⁊ subūtit rotas curruū ferebantq; in profundū. **D**ixerūt ergo egyptii fugiamus israhēlem. **D**ominus em̄ pugnat pro eis cont̄ nos. **E**t ait dñs ad moysen **E**xteñde manū tuā sup mare et reuertentur aque ad egyptios sup currus ⁊ equites eorū. **C**ūq; extēdisset moyses manū contra mare reuersum est p̄mo diluulo ad p̄orā locū. **F**ugientibus q; egyptiis occurserūt aque et tuoluit eos dñs in medijs fluctibus. **R**euerseq; sūt aque et operuerūt currus et equites cūcti exatus pharaonis. qui sequentes ingressi fuerāt mane nec vnus quidē supsūt ex eis. **F**ilij autem israhēl p̄reuerūt p̄ mediū sicā maris et aque eis erant quasi promuro a dextris et a sinistris liberauitq; dñs in die illo israhēl de manu egyptiorū et viderūt egyptios mortuos sup litus maris ⁊ manū magnā quam exeraueat dñs cont̄ eos. **T**imuit itaq; populus dñm: ⁊ crediderūt dño et moysi seruo eius. **T**ūc recitāt moyses ⁊ filij israhēl cūmen hoc dño et dixerūt **Q**uāntemus **Caplm. xv.** **Q**uāntemus dño gloriose em̄ magnificatus est equū ⁊ ascensorem p̄ieuit in mare. **F**ortitudo mea

et laus mea dñs. et factus est in salutem. **I**ste deus meus et glorificabo eum. **D**eus patris mei et exaltabo eum. **D**ñs q̄si vir pugnator om̄ps nomen eius curus pharaonis et exatū eū proiecit in mare. **E**lecti p̄ncipes eis submersi sūt in mari rubro abyssi operuerūt eos: descenderūt in profundū quasi lapis. **D**extera tua dñe magnificata ē in fortitudine. **D**extera tua dñe percussit inimicū: ⁊ in multitudine glorie tue deposuisti aduersarios meos. **A**nsisti uiam tuā que deuorauit eos sicut stipulam et in spū furois tui congregate sūt aque. **S**tetit unda fluens congregate sūt abyssi in medio mari. **D**ixit inimicus. **P**sequar ⁊ apprehendam diuidam spolia implebit anima mea. **F**uaginabo gladiū meū interficiet eos manus mea. **F**lauit spūs tuus ⁊ operuit eos mare: submersi sūt q̄si plūbum in aquis uehementibus. **Q**uis similis tui in fortibus dñe. **Q**uis similis tui magnificus in sc̄itate terribilis atq; laudabilis et faciens mirabilia. **E**xteñdisi manū tuā et deuorauit eos t̄ra. **D**ux fuisti in m̄ia tua dñe populo quem redemisti. **E**t portasti eum in fortitudine tua ad habitaculū sc̄m tuū. **A**scenderūt p̄ph̄ et uati sūt: dolores obtinuerūt habitatores philistim.



Tunc turbati sunt principes edom. robustos moab optinuit tremor obriguerunt omnes habitatores thanaan. Iruiat super eos formido et pauor in magnitudine brachij tui. **F**iant immobiles quasi lapis donec percussat populus tuus domine. donec percussat populus tuus ista quem posuisti. **I**ntroduces eos et plantabis in monte hereditatis tue firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine. **S**anctuarium tuum domine quod firmauerunt manus tue dominus regnabit metum et ultra. **I**ngressus est enim pharaon cum curribus et equibus eius in mare et reduxit super eos dominus aquas maris. **F**ilij autem israel ambulauerunt per siccum in medio eius. **S**umpsit ergo maria prophetissa soror aaron tympanum in manu egressusque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis et choris quibus precinebat dicens. **C**antemus domino gloriose enim magnificatus est equum et ascensorem proiecit in mare. **T**ulit autem moyses et aaron israel de mari rubro et ingressi sunt in desertum suum. **A**mbulaueruntque tribus diebus per solitudinem et non inueniebant aquam. **E**t uenerunt in marath nec poterant bibere aquas de marath eo quod essent amare. **V**nde et congruum loci nomen imposuit uocans illud marath id est amaritudinem. **E**t murmurauit populus contra moysen dicens. **Q**uid bibemus? **A**t ille clama-

uit ad dominum. **Q**ui ostendit ei lignum. **Q**uod cum misisset in aquas in dulcedinem uerse sunt. **I**bi constituit ei precepta atque iudicia. et ibi temptauit eum dicens. **S**i audieris uocem domini dei tui et quod rectum est coram eo feceris et obedieris mandatis eius custodieris quod omnia precepta illius circumstanti languorem quem posui in egipto non inducam super te ego enim dominus sanator tuus. **Ca. xvi.**

**V**enerunt autem in helym ubi erant duodecim fontes aquarum et septuaginta palme et casta metati sunt uix aquas. **P**rofectique sunt de helym et uenit omnis multitudo filiorum israel in desertum sin quo est metus helym et synai quinto decimo die mensis secundi postquam egressi sunt de terra egypti. **E**t murmurauit omnis congregatio filiorum israel contra moysen et contra aaron in solitudine. **D**ixeruntque ad eos filij israel. **V**tinam mortui essemus per manum domini in terra egypti quando sedebamus super ollas carum et comedebamus panes in saturitate. **C**ur induxistis nos in desertum istud: ut occideritis omnem multitudinem fame. **D**ixit autem dominus ad moysen. **E**cce ego pluam uobis panes de celo egrediat populus et colligant quod sufficiunt per singulos dies. ut temptem eum utrum ambulet

in lege mea an non **D**ie autem  
sexto parent quod inferant et  
sit duplum quam collige solebat  
p singulos dies **D**ixeruntqz moy  
ses & aaron ad omnes filios  
isrl' **N**espere scietis quod dñs  
eduxerit vos de tra egypti et  
mane videbitis gloriam dñi.  
**A**udiuit em murmur vrm cot  
dñm. **N**os vero quid sumus qz  
muscatis contra nos. **E**t ait  
moyses **D**abit vob dñs vespe  
carnes edere et mane panes  
in saturitate eo quod audie  
rit mur-muraciones vras quibz  
murmurati estis cont eum **N**os  
em quid sumus nec cont nos  
est mur-mur vrm sed cont do  
minu **D**ixitqz ad aaron. **D**ic  
vniuse congregacio in filioz  
isrl' **A**ccedite coram dño **A**u  
diuit em murm vrm **C**uqz lo  
queret aaron ad omem cetū  
filioz isrl' respexerūt ad soli  
tudine et ecce gloia dñi appa  
ruit in nube. **L**ocutus ē autē  
dñs ad moysen dicens **A**udi  
ui mur-muraciones filioz isrl'  
loque ad eos **V**espe comedetis  
carnes et mane saturabimini  
panibus scietis qz quod ego sim  
dominus deus vest' **F**actū est qz  
vespe et ascendens cotur-m  
operuit castra mane quoqz  
ut ros iacuit p circuitū cas  
troz **C**uqz operuisset sup fia  
em tra. appuit in solitudine  
minutū & pilo tunsim in si  
militudine pruine sup tra  
**Q**uod cum vidissent filij isrl'

**E**x  
dixerūt ad inuicem **M**an hu qd  
significat quod est hoc **I**gnorabat  
em quid eet **Q**uibz ait moyses  
**I**ste est panis quem dedit uobis  
dñs ad vesendum. **H**ic est sermo  
que pcepit dñs **C**olligat ex eo  
vnusquisqz quantū sufficiat ad ves  
endum gomoz p singula capita  
iuxta numerū aiarū vram que  
habitant in tabnacto sic tolletis  
fererūtqz ita filij isrl'. & college  
rūt alius plus alius minus: et  
mensi sūt ad mensurā gomoz.  
**N**ec qui plus collegerat habuit  
amplius. nec qui minus paue  
rat repperit minus: s; singuli  
iuxta id quod edere potant con  
gregauerūt **D**ixitqz moyses ad  
eos **N**ullus relinquat ex eo us  
qz in mane **Q**ui non audierūt  
eum s; dimiserūt quidam ex eis  
usqz mane & scatere cepit vermi  
bus atqz computruit **E**t uatus  
ē contra eos moyses **C**olligebat  
autem mane singuli quantū suf  
fice potat aduestendū **C**umqz in  
caluisset sol hquefiebat **I**n die uo  
sexta collegerūt cibos duplices  
id ē duo gomoz p singulos ho  
mines **V**enerūt aut  
omnes pncipes multitudinis: & nar  
rauerūt moysi **Q**ui ait eis h  
est quod locutus est dñs. **R**eges  
sabbati sacrificata eūt dño **C**ras  
quodcūqz operandū ē facite et  
que coquenda sūt coquite **Q**uit  
quid autē reliquū fuit reponi  
te usqz mane **F**ecerūtqz ita ut  
preat moyses et nō compu

truit: neque vermis inuentus est in  
eo **Dixitque moyses** Comedite illud  
hodie quia sabbatum domini est: idcirco  
non inuenietur hodie in agro  
**Sex diebus colligite in die autem**  
**septimo sabbatum domini est** idcirco non  
inuenietur **Venit septima dies** et  
egressi de populo ut colligenti non  
inuenierunt **Dixit autem dominus**  
ad moysen **Uisuequo non vultis**  
custodie mandata mea et  
legem meam? **Videte quod dominus**  
derit vobis sabbatum: et propter hoc  
lucet vobis die sexto cibos dupli-  
ces **Maneat unusquisque apud**  
semetipsum nullus egrediat de  
loco suo die septimo et sabbati-  
zabit populus die septimo **Ap-**  
**pellauitque domus israel** nomen eius  
man eo quod erat quasi semen  
coriandri albi: gustusque eius quasi  
si simile cum melle **Dixit**  
autem moyses **Iste est sermo**  
quem precepit dominus **Implete gomor**  
ex eo et custodiat in futurum  
retro generationes ut nouerint  
panem quo alui uos in solitu-  
dine quando educti estis de terra  
egypti **Dixitque moyses ad aaron**  
**Sume uas unum et mitte**  
ibi man quantum potest capere go-  
mor et repone coram domino ad ser-  
uandum in generationes nostras sicut  
precepit dominus **Posuitque illud aaron**  
in tabernaculo seruandum  
**Filij autem israel comederunt manna**  
xl. annis donec uenirent  
in terram habitabilem hoc cibo  
aliti sunt usquequo tangent fi-  
nes terre chanaan **Gomor autem**

57.  
decima ps e ephr. **Cap. xvij.**  
**I**gitur profecta omnis multi-  
tudo filiorum israel de deserto  
super mansiones suas usque  
sermonem domini castra metata  
est in raphydim ubi non erat  
aqua ad bibendum populo **Et iur-**  
**gatus contra moysen ait** Da nobis  
aquam ut bibamus **Quibus**  
respondit moyses **Quid iurgami**  
mi contra me **Et cur temptatis**  
dominum? **Situit ergo populus**  
ibi pro aque penuria et mur-  
murauit contra moysen dicens  
**Cur nos exire fecisti de egypto**  
ut occideres nos et liberos nostros  
ac iumentum sit? **Clamauit autem**  
moyses ad dominum dicens **Quid**  
faciam populo huic? **Adhuc pauil-**  
**lum et lapidabit me.** **Ait**  
dominus ad moysen **Antecede popu-**  
lum et sume tecum de seminibus  
israel: et iurgam qua percussisti flu-  
uium tolle in manu tua et uade  
**En ego stabo coram te ibi super**  
**petram oreb** percussitque petram  
et exibit ex ea aqua ut bibat  
populus **fecitque moyses ita coram**  
senioribus israel **Et uocauit nome-**  
**lon illis temptatio** propter iurgium  
filiorum israel et quia temptauerunt  
dominum dicentes **Est ne dominus in no-**  
**bis an non.** **Venit au-**  
**tem amalech** et pugnabat contra  
israel in raphydim **Dixitque moy-**  
**ses ad iosue** Elige viros: et e-  
gressus pugna contra amalech  
**En ego stabo in vertice collis**  
habens iurgam dei in manu me-  
a **fecit iosue ut locutus ei erit**

moyses ⁊ pugnauit cont amalech moyses autem ⁊ aaron ⁊ hur ascendebat sup verticem collis Cūq; leuaret moyses manus vincebat isrl' sin autem paululu remississ; supabat amalech **M**anus autem moysi erant gues sumetes igit lapide posuerunt subter eum in quod sedit **A**aron autem ⁊ hur sustentabant manus eius ex utroq; pte **E**t factu est ut manus ipius no lassarentur usq; ad occasu solis. **F**ugauitq; iosue amalech et populu eius in ore gladij **D**ixit aut dñs ad moysen **S**cribe hoc ob monumentu in libro ⁊ trade au' ib; iosue **D**elebo em memoriam amalech sub celo **E**dificauitq; moyses altare ⁊ iuocauit nomen eius dñs exaltatio mea dicens quia manus solij dñi et bellu dei erit cont amalech a gnatione in generationem. **Cap. xvij.**  
**Q**uoniam audisset iethro sacerdos madyan cognatus moysi **O**mnia que fecerat dñs moysi ⁊ isrl' pplo suo eo quod eduxisset dñs isrl' de egipto tulit zephoram uxore moysi qua remiserat et duos filios eius quoru vnus vocabatur gersan. dicente pre aduena fui in tra aliena ultra vo egypti **D**eus em ait pris mei adiutor meus et eripuit me de gladio pharaonis **V**enit ergo iethro cognatus moysi ⁊ filij eius et vxor eius ad moysen

in desertum ubi erat castra metatus iuxta monte dei ⁊ mandauit moysi dices **E**go cognatus tuus iethro venio ad te ⁊ vxor tua et duo filij tui cu ea **Q**ui egressus in occursum cognati sui adtrauit ⁊ osculatus est eu **S**alutaueruntq; se mutuo vbiis pacificis **C**ūq; intrass; in tabernaculu narrauit moyses cognato suo cuncta q; fecerat deo pharaonis et egyptijs pp' isrl' ⁊ vniuersu laborem qui accidisset eis in itinere quo liberarat eos dñs **L**etatusq; e iethro sup omib; bonis q; fecerat dñs israheli eo quod erisset eum de manu egyptioru: ⁊ ait **B**enedictus dñs qui libauit isrl' de manu egyptioru et de manu pharaonis: qui eruit populum suu de manu egypti **N**unc cognoui quia magnus dñs sup omes deos eo quod superbe egerunt cont illos. **O**btulit ergo iethro cognatus moysi holocausta et hostias dno **V**eneruntq; aaron et omis seniores filioru isrl' ut comedent pane cu eo coram dno **A**ltera autem die sedit moyses ut iudicaret populu qui assistebat moysi de mane usq; ad vespam **Q**uod cu vidisset iethro omnia videlicet que agebat in populo ait **Q**uid e hoc

quod agis in populo: Cui solus sedes  
 et omnis populus prestolat de ma-  
 ne usque ad vesperam: Cui respon-  
 dit moyses venit ad me populus  
 querens sententiam dei. Cumque  
 acciderit eis aliqua discrepacio ve-  
 niunt ad me. ut iudicem inter eos  
 et ostendam precepta dei et leges  
 eius. **A**t ille Non bona inquit  
 rem facis: stulto labore consume-  
 ris tu et populus iste qui tecum est.  
**V**ltra vires tuas est negotium solus  
 illud non poteris sustinere. Sed au-  
 di verba mea atque consilia et erit  
 dominus tecum. Esto tu populo in hijs que  
 ad deum pertinent ut referas que dicitur  
 tui ad eum: ostendasque populo rei-  
 momas et ritum colendi. magis  
 per quam ingredi debeant. et opera  
 quod facturi sunt. **P**rovide autem  
 de omni plebe viros potentes  
 et timidos et timidos dominum in quibus  
 sit veritas. et qui oderint auari-  
 nam: et constitue ex eis tribunos  
 et centuriones et quinquagena-  
 rios et decanos: qui iudicent  
 pro populo omni tempore. Quicquid autem  
 maius fuerit referant ad te et  
 ipsi minora tantummodo iudicent.  
**L**euiusque tibi sit partitio in alios  
 onere. Si hoc feceris implebis im-  
 perium dei. et precepta eius poteris  
 sustentare: et hic omnis populus  
 revertetur cum pace ad loca sua.  
**Q**uibus auditis moyses fecit  
 omnia que ille suggererat. et e-  
 lectis viris strenuis de cuncto israel  
 constituit eos principes populi tribu-  
 nos et centuriones et quinquagena-  
 rios et decanos qui iudica-  
 bant plebem omni tempore. **Q**uit-

quid autem quod erat refererat  
 ad eum faciliora tantummodo iudi-  
 cantes. Dimisitque cognatum suum  
 Qui reversus abiit in terram suam.  
**M**ense vero **Capitulum XIX.**  
**E**gressio nis israel de terra  
 egypti in die hac venerunt in soli-  
 tudinem synai. Nam profecti  
 de raphidim et pervenientes usque  
 in desertum synai castrametati sunt  
 in eodem loco. **I**bi quoque israel fixit ten-  
 toria et regione montis. **M**oyses  
 autem ascendit ad dominum. **V**ocavit  
 quoque eum dominus de monte et ait. **H**ec  
 dices domui iacob et annuntiabis  
 filiis israel. **V**os ipsi vidistis que  
 fecerim egyptiis quomodo por-  
 tauerim vos super alas aquarum  
 et assumpserim in vobis. **S**i ergo  
 audieritis vocem meam et custo-  
 diebitis pactum meum: eritis mihi  
 peculiis de cunctis populis terre  
 et eritis mihi in regnum sacerdotale. **E**t ges-  
 scam. **H**ec sunt verba que loqueris  
 ad filios israel. **V**enit moyses et  
 convocatis maioribus natu populi  
 exposuit omnes sermones quos  
 mandauerat dominus. **R**espon-  
 ditque univsus populus simul. **C**um  
 itaque que locutus est dominus faciemus.  
**C**umque retulisset moyses verba po-  
 puli ad dominum ait ei dominus.  
**I**am nunc veniam ad te. in cali-  
 gine nubis: ut audiat me po-  
 pulus loquente ad te et credat  
 tibi in perpetuum. **N**unciat ergo moy-  
 ses verba populi ad dominum. **Q**ui  
 dixit ei. **V**ade ad populum et sanctifica  
 illos hodie et cras lauentur vesti-

menta sua. 2 sunt parati in di-  
 em t'rium Die autem t'rio des-  
 cendet dñs coram omni plebe  
 sup montē synai constituesq;  
 t'minos p'lo p' t'ritū et dices  
**C**auete ne ascendatis in mon-  
 tem. nec tangatis fines eius.  
**O**mnis em̄ qui tetigerit mō-  
 tem. morte morietur. atq;  
 nō tanget eū. sed lapidibus  
 opprimetur. aut cōpedit' iacul'  
 siue iumentū siue homo  
 nō uiuet. **C**um cepit claudere  
 bucina tūc ascendant in mō-  
 tem. **D**escenditq; moyses de  
 mōte ad pplim: et s'ificauit eū.  
**C**ūq; lauasset vestimēta sua  
 ait ad eos. **E**stote pati in die  
 t'riū & ne appropinquetis uoi-  
 bus vris. **I**am adue-  
 neat dies t'rius et mane in-  
 claruerat. **E**t ecce reperūt au-  
 dui tonitrua ac micare ful-  
 gura & nubes densissima ope-  
 rire montem. clangorq; bu-  
 cine uehementius p'strepebat.  
 timuitq; pplus qui erat in cas-  
 tris. **C**ūq; eduxisset eos moy-  
 ses in occursum dei de loco cas-  
 troz steterūt ad radices mon-  
 tis. **T**otus autē mons synai fu-  
 mabat. eo quod descendisset  
 dñs sup eū in igne. & ascen-  
 det fumus ex eo q̄si de fornace.  
**E**ratq; mōs omnis ter-  
 ribilis. et sonitus buvine pau-  
 latim crescebat in maius et  
 prolixius tendebat. **M**oy-  
 ses loq̄bat' et dñs respōdebat ei.  
**D**escenditq; dñs sup motem

synai in ipō mōtis. **V**itae et uocauit  
 moysen in cacumen eius. **Q**uo tū  
 ascendisset dixit ad eū. **D**escende  
 et cōtestare pplim ne forte uelint  
 t'nsende t'minos ad uidendum  
 deū. et pereat ex eis plurima  
 multitudo. **S**acerdotes quoq; qui as-  
 cendūt ad dñm s'ificent: ne p-  
 ruciam eos. **D**ixitq; moyses ad  
 dñm. **N**on potit uulgus ascende  
 in montē synai. **T**u enim s'ifica-  
 tus es & iussisti dicens. **P**onet  
 minos t'ra montem et s'ifica  
 illū. **C**ui dñs ait. **V**ade descende:  
 ascendens q; tu & aaron tecum.  
**S**acerdotes autem & pplus ne t'nsē-  
 ant t'minos nec ascendāt ad do-  
 minū ne forte irasciat illos. **D**es-  
 cenditq; moyses ad pplim et om-  
 nia narrauit eis. **Capl. xx.**

**L**ocutusq; est dñs cūctos ser-  
 mones hos. **E**go sum do-  
 deus tuus qui eduxi te de t'ra  
 egypti et de domo seruitutis.  
**N**ō habebis deos alienos corā  
 me. **N**ō facies tibi sculptile neq;  
 omēm silitudinem q̄ est in celo  
 desup et q̄ in t'ra deorsū: nec  
 eorum q̄ sūt in aquis sub t'ra.  
**N**on adorabis ea neq; coles. **E**go  
 enim dñs deus tuus fortis zelo-  
 tes uisitans iniquitatem patz  
 in filios in t'ciam & q̄rtam gene-  
 rationē eozū qui oderūt me et  
 facies misericordiam in milia  
 hys qui diligūt me. et custodiūt  
 p'cepta mea. **N**on assumes no-  
 men dei tui in uanū. **N**ec em̄  
 habebit infontem eum dñs. q̄

assumpserit nomen dñi deo dei sui frustra memento ut diem sabbati sacrifices. **S**ex diebus opaberis et facies oia opa tua. **S**eptimo autem die sabbatum dñi dei tui est. **N**o facies in eo omne opus tuum filius tuus. filia tua et seruus tuus et ancilla tua. iumentum tuum et aduena qui est intus portas tuas. **S**ex enim diebus fecit deus celum et terram et mare et omnia que in eis sunt et requieuit in die septimo: idcirco benedixit dñs diem sabbati. et sanctificauit eum. **H**onora prementum et mercedem tuam. ut sis longeuus super terram quam dñs deus dabit tibi. **N**o occides. no mechaberis. no facies factum. **N**o loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. **N**o occupaueris domum proximi tui. nec desiderabis uxorem eius. **N**on seruum no ancillam no bouem no asinum nec oia que illius sunt. **C**unctus autem populus videbat voces et lampades et sonitum bucine. montemque fumantem. et perterriti. ac pauore concussi steterunt procul dicentes moysi loque tu nobis et audiemus. **N**on loquat nobis dñs ne forte moriamur. **E**t ait moyses ad populum. **N**olite timere. ut enim probaret vos venit deus et ut timor illius esset in vobis et no periretis. **S**tetitque populus de longe. moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus. **D**ixitque pretere a dñs ad moysen. **H**ec dices

filii israel. **V**os vidistis quod de celo locutus sum vobis. **N**on facietis deos argenteos. nec deos aureos facietis vobis. **A**ltare terrae facietis michi: et offeretis super eo holocausta et pacifica vestra. oves vestras et boues in omnino loco in quo memoria fuit nominis mei. **V**eniam ad te et benedicam tibi. **Q**uod si altare lapideum feceris in no edificabis illud de sectis lapidibus. **S**i enim leuaueris cultum tuum super eo polluetur. **N**o ascendes per gradus ad altare meum ne reueletur turpitudine tua. **H**ec sunt iudicia que propones filiis israel. **Ca. xxi.**  
**S**i emeris seruum hebreum sex annis seruiet tibi et in septimo egredietur liber gratis. **C**um quali veste intuerit cum tali exeat. **S**i habens uxorem: et uxor egredietur simul. **S**i autem dñs dederit illi uxorem et pepererit filios et filias mulier et liberi eius. erunt dñi sui. **I**psa uo exibat cum uestitu suo. **Q**uod si dixerit seruus. diligo dominum meum et uxorem ac liberos no egrediar liber: offerat eum dñs dñs et applicabit ad hostium et postea perforabitur aurem eius subula: et erit se ei seruus in seculum. **S**i quis vendiderit filiam suam in famulam non egredietur sicut ancille exire consueuerunt. **S**i displicuerit oculis dñi sui cui tradita fuit dimittet eam. **P**opulo autem alieno vendendi no habeat preteritatem si spreuerit eam. **S**i autem filio suo

despondeit eam: uota morem  
 filiarū faciet illi. **Q**uod si ei al  
 terā accepit prouidebit puelle  
 nuptias et vestimēta et p̄ciū  
 pudicie non negabat. **S**i tā  
 ista nō fecit egredietur gratis  
 absq; pecunia. **Q**ui percussit  
 hominem uolens occide mor  
 te moriatur. **Q**ui autē non ē  
 insidiator sed deus illū tradidit  
 in manus eius: constituā tibi  
 locum quo fugere debeat. **S**i  
 quis de industria occidit pri  
 mū suū et p̄ insidias ab alta  
 ri meo euelles eum ut moriat̄.  
**Q**ui percussit p̄rē suū aut  
 m̄rē morte moriat̄. **Q**ui fu  
 ratus fuit hōiem et vendide  
 rit eū: cōuictus nove morte  
 moriatur. **Q**ui maledixit  
 p̄ri suo aut matri morte mo  
 riatur. **S**i rixati fuerint vi  
 et percussit alī p̄rimū suū. lapi  
 de uel pugno et ille mortuus  
 nō fuit: sed iacuit in lectulo  
 si surrexit et ambulaueit fo  
 ris sup baculū suū inrens eit  
 qui percussit: ita tamen ut opa  
 eius et impensas in medicos  
 restituat. **Q**ui percussit serū  
 suū vel ancillam uirga et mor  
 tuū fuerit in manibus eius  
 c̄mimis t̄us eit. **S**mautem  
 uno die supuuerit vel duob;  
 vel subiacet pene: quia pe  
 cunia illius est. **S**i rixati fu  
 erit uiri et percussit quis mu  
 lierem pregnantem et abor  
 tiuū quidē fecit: sed ipā uixe  
 rit subiacet dampno q̄ntū  
 mariti mulieris expecterit  
 et arbitri iudicauerint. **S**iu

**S**mautem mors eius fuit subse  
 cuta reddat aīam pro aīa oculū  
 pro oculo dentem pro dente ita  
 nū pro manu pedem pro pede ad  
 ustonem pro adustione uolnus  
 pro uulnē. **L**iuorem pro liuore.  
**S**i percussit quisp̄iam oculū ser  
 uū suū aut ancille et luscus  
 eius fecerit dimittet eos liberos  
 pro oculo quem eruit. **D**entem  
 quoq; si excussit seruo vel ancille  
 sue similiter dimittet eos liberos.  
**S**i bos cornu percussit uirū aut  
 mulierem et mortui fuerint la  
 pidib; obruet et nō comedent  
 carnes eius: dñsq; bouis inno  
 cens eit. **Q**uod si bos corrupe  
 ta fuit ab heri et nudus t̄us  
 et cōestati sūt dñm eius: nec re  
 clusit eum: occidet q; uirū aut  
 mulierem et bos lapidibus ob  
 ruet et dominū illius occidet.  
**Q**uod si p̄ciū fuit ei impositū  
 dabit pro aīa sua quicq; fuit  
 postulatū. **F**iliū quoq; aut  
 filiam: si cornu percussit: simili  
 sentencie subiacebit. **S**i serū  
 vel ancillam inuasit t̄ginta  
 solidos argenti dabit dño. **B**os  
 uo lapidibus opprimetur. **S**i q̄s  
 aperueit cistnam et foderit:  
 et nō aperueit eam: ceciderit  
 q; bos in eam vel asinus dñs  
 cistne reddet p̄ciū iumentoz.  
**Q**uod autem mortuū est: ip̄s  
 eit. **S**i bos alienus bouē alte  
 rius uulnauit et ille mortuū  
 fuit uident bouē uiuū et di  
 uident p̄ciū: cadauer autem  
 mortuum int̄ se dissipent.



Si autem sciebat quod bos cor-  
rupeta eet ab heri & nudius tertius  
et non custodiuit eum dominus suus  
reddet bouem pro boue: & cada-  
uet integrum accipiet **Ca. xxij.**

**S**i quis furatus fuerit ouem  
aut bouem et occiderit  
vel vendiderit: quatuor boues pro  
vno boue et quatuor oues pro  
vna oue restituet **S**i effringens  
fuit domum siue suffodiens fuit in-  
uentus et accepto vulnere mortu-  
us fuit percussor non erit reus san-  
guinis **Q**uod si orto sole hoc fe-  
cerit homicidium perpetravit et ipse  
moriatur **S**i non habuerit quod pro  
facto reddat ipse vendidit si in-  
uentus fuerit apud eum quod fura-  
tus est & viuens siue bos siue asi-  
nus siue ouis duplum restituet

**S**i leserit quispiam agrum vel  
vineam & dimiserit iumentum  
suum ut depascat aliena quatuor  
optimam habuerit in agro suo vel  
vineam pro dampno estimatoe  
restituet **S**i egressus ignis  
inuenit spiritas & comprehendit  
arboros frugum siue stan-  
tes segetes in agris. reddet dam-  
num qui ignem succendit **S**i  
quis commendauit amico pecu-  
niam aut vas in custodiam  
& ab eo qui suscepit furto subla-  
ta fuerint si inuenitur fur du-  
plum reddet **S**i latet dominus domus  
applicabit ad deos et iurabit quod  
non extendit manum in rem proxi-  
mi sui ad perpetranda fraudem  
tam in boue quam in asino et

oue ac vestimento. & quicquid dam-  
ni inferre potest ad deos utique causa  
pueiet: & si illi iudicauerint du-  
plum restituet pro proximo **S**i quis  
commendauit proximo suo asi-  
num bouem ouem et omne iumen-  
tum ad custodiam & mortuum fuit  
aut debilitatum vel captum ab  
hostibus nullusque hoc viderit  
ius iurandum erit in medio. quod  
non extendit manum ad rem proxi-  
mi sui suscipietque dominus iuramen-  
tum et ille reddere non cogetur. **E**d  
si furto ablatum fuerit restituet  
dampnum domino **S**i comestum abes-  
tia deferat ad eum quod occisum  
est & non restituet **Q**ui a proxi-  
mo suo quicquam horum mutuum  
postulauerit et debilitatum aut  
mortuum fuerit. domino non presente  
reddere compelletur **Q**uod si in  
presencia fuerit dominus non restituet  
maxime si conductum venerit  
pro mercede operis sui **S**i se-  
duxerit quis virginem. nec dum  
desponsatam. dormieritque cum  
ea. dotabit eam & habebit eam  
uxorem **S**i patet virginis dare no-  
luerit reddet pecuniam iuxta  
modum dotis quam virgines accipere  
consueuerunt **M**aleficos non pa-  
tietis viuere **Q**ui occide-  
rit cum iumento morte moriatur  
**Q**ui immolat dominus. occidat pro  
domino solo **A**duenam non contur-  
tabis neque affliges eum: aduene-  
 enim et ipsi suscitabunt in terra egypti  
**V**idue & pupillo non noceritis  
nam si leseritis eos uociferabitur  
ad me et ego audiam cla-  
morem eorum & indignabitur

furoz meus pcuriam qz uos gla  
 dio et erit vvozes pte vidue  
 et filij vri pupilli **S**i pecunia  
 mutuiam dederis populo meo  
 paupi qui habitat teai non vi  
 ges eum quasi exactoz ne usu  
 ris oppimes **S**i pignus a priori  
 mo tuo accepis vestimentu ate  
 solis occasu reddes ei **I**pm est  
 em solu quo opitur indumen  
 tu carnis eius nec habz aliud  
 in quo dormiat **S**i clamauit  
 ad me exaudiam eu quia mi  
 sericors sum **D**is non dethes  
 et pncipi pph tu non maledices  
**D**ecimas tuas et pncias no  
 tardabis offerre **S**timogeitu  
 filioz tuoz dabis michi **D**e bu  
 bus quoqz et ouibus similit fa  
 cies **S**eptem dieb9 sit cu me  
 sua die octauo reddes illum mi  
**Q**ui sci eritis michi **C**arne  
 que a bestiis fuit pgustata no  
 comedetis sed proicietis canib9  
**N**on suscipi **Cap. xxiii.**  
**N**es vocem mendacij: nec  
 iuges manu tuam ut pro im  
 pio dicas falsum testimoniu  
**N**on sequeris turbam ad facie  
 du malu: nec in iudicio pluri  
 moru acquiesces sentencie ut  
 a vero deicies **P**aupis quoqz  
 no misereberis in negocio **S**i  
 occurreris boui inimici tui aut  
 asino erranti reduces eum  
**S**i videis asinu odientis te  
 iacere sub onere. no trāsibis:  
 s subleuabis cu eo **N**on decli  
 nabis in iudicio paupis **M**er  
 dacu fugies **I**n fontem et uis-

tu non occides adusum impium  
**N**on accipies munera. q exce  
 cant etiam prudentes et subitit  
 vba iustoz **P**eregrino moles  
 tus non eris **S**itis em aduena  
 ru aios quia et ipi pegrini fuis  
 tis in tra egipti **S**ex annis semi  
 nabis terram tua et congregabis  
 fruges eius. ano aute septimo  
 dimittes ea et reqesce facies  
 ut comedat paupes populi tui  
 et quidq reliquum fuerit edent  
 bestie agri **I**ta facies in vinea  
 et in oliveto tuo **S**ex diebus  
 opaberis septima die cessabis ut  
 reqescat bos et asinus tuus ut  
 refrigeret filius alle tue et ad  
 uena **O**mnia q dixi vobis cus  
 todite: et p nomen exenoz deoz  
 no iurabitis neqz audietur ex  
 ore vro **T**ribus vicibus  
 p singulos annos michi festa  
 celebrabitis **S**ollemnitatem  
 asinoz custodies **S**eptem die  
 bus comedes azima sicut ppi  
 tibi: tempe messis nouarum fru  
 gum qndo egressus es de egyp  
 to **N**on appebis in ospai  
 meo vacuus: et sollemnitatem  
 mensis pmituozu operis tui.  
 qcuqz seueris in agro **S**ollem  
 nitatem quoqz in exitu ani qn  
 do congregaueris omes fruges  
 tuas de agris **T**er in anno ap  
 parebit omne masculinu tuum  
 cora dno deo tuo **N**on immo  
 labis sup fermento sanguie  
 uictime tue: nec remanebit  
 adeps sollemnitatis mee

usque mane **P**rimicias  
 frugum terre tue deferes in do-  
 mum domini dei tui. Non coques  
 hederum in lacte matris sue.  
**E**cce ego mittam angelum  
 meum qui precedat te et custodi-  
 at in via et introducat in locum  
 quem propinquavi: observa eum. et  
 audi vocem eius nec desinen-  
 dum putes quia non dimittis  
 cum peccaveris et est nomen meum  
 in illo. **Q**uod si audieris vocem  
 eius et feceris omnia que loquor  
 inimicus ero inimicis tuis  
 et affligam affligentes te prede-  
 quet te angelus meus et introdu-  
 cet te ad amorrhæum et ethæum et  
 ferezeum chananeumque et gerge-  
 seum et eueum et iebuseum quos  
 ego conteram. **N**on adorab-  
 deos alienos eorum nec coles eos  
 nec facies opera eorum sed destru-  
 es aras eorum confringes statu-  
 as eorum: seruietisque domino deo  
 vestro ut benedicam pueris tuis  
 et aquis et auferam infirmita-  
 tem de medio tui. **N**on erit in-  
 fecunda nec sterilis terra tua num-  
 dierum tuorum implebo. **E**cce  
 rem meum mittam in pericu-  
 lum tuum et occidam omnem popu-  
 lum ad quem ingredieris cunctorum  
 que inimicorum tuorum coram te ter-  
 ga vertam: emittens scabro-  
 nes prius qui fugabunt eueum  
 et chananeum et ethæum ante  
 quam introeas. **N**on enim etiam

eos a facie tua antio uno ne-  
 tra in solitudinem redigatur  
 et crescant contra te bestie pau-  
 latim expellam eos de consp-  
 tu tuo donec augetis et  
 possideas terram. **P**ona autem  
 terminos tuos a mari rubro  
 usque ad mare palestinorum  
 et a deserto usque ad fluvium  
 tradam manibus vestris habi-  
 tatores terre et etiam eos de con-  
 sp-itu vestro. **N**on imbis cum eis  
 fedus nec cum dijs eorum nec habi-  
 tent in terra tua ne forte pec-  
 catis te faciant in me. **N**am si  
 serueris dominus eorum erit tibi  
 in scandalum. **Cap. xxiii.**

**M**oysi quoque dixit. **A**scen-  
 de ad dominum tuum et aaron  
 nadab et abiud et septuaginta  
 senes ex israhel et adorabitis pro-  
 cul. **S**olusque moyses ascendet  
 ad dominum et illi non appropin-  
 quabit nec populus ascendet  
 cum eo. **V**enit ergo moyses  
 et narrauit plebi omnia verba  
 domini atque iudicia. **R**editque cunctus  
 populus una voce omnia verba do-  
 mini que locutus est faciemus.  
**S**cripsit autem moyses ver-  
 bus sermones domini: et mane  
 resurgens edificauit altare  
 ad radices montis et duodecim  
 titulos per duodecim tribus israhel  
 iussitque iuuenes de filiis israhel  
 et obtulerunt holocausta im-  
 molaueruntque victimas paci-  
 ficas domino vitulos duodecim.  
**T**ulit itaque moyses dimidia

ptam sanguis et misit in cratthe-  
 ras ptam autem residuam fudit  
 sup altare Assumensq; volumē  
 fedis legit audiente populo **Et**  
 dixit dixerūt Omnia que locutus  
 est dñs faciemus et erimus obe-  
 dientes. **I**lle vò sumptū  
 sāgnem respicit in populum et ait  
**H**ic est sanguis fedis quod pe-  
 pigit dñs vobiscū sup cunctis ser-  
 monib; hys **A**scenderūtq;  
 moyses et aaron nadab et abiu  
 et septuaginta senes et semoib;  
 isrl. **E**t viderūt dñm isrl et sub  
 pedibus eius quasi opus lapi-  
 dis saphiri et q̄si celū cū serē-  
 nū est nec sup eos qui procul  
 recesserāt de filiis isrl misit ma-  
 nū suam. **V**iderūtq; dñm et come-  
 derūt ac biberūt **D**ixit  
 autē dñs ad moysen. ascen-  
 de ad me in montē et esto ibi  
 daboq; tibi duas tabulas lapide-  
 as et legem ac mandata que  
 scripsi ut doceas filios isrl. **S**ur-  
 rexerūtq; moyses et iosue mi-  
 nister eius **A**scendensq; moy-  
 ses in montē dei seniorib; ait  
**E**xpectate hic: donec rūtā  
 ad vos **H**abetis aaron et hu-  
 vobiscū si quid natū fuerit  
 questionis referetis ad eos  
**C**ūq; ascendiss; moyses operu-  
 it nubes montē et habitavit  
 glā dñi sup synai tegens illū  
 nube sex dieb; **S**eptimo at  
 die vocavit eum de medio ca-  
 liginis **E**rat autem species  
 glorie dñi quasi ignis ardens  
 sup vticem montis in cōspā  
 filiorū isrl. **I**ngressusq; moyses

mediū nebule ascendit in montē  
 et fuit ibi quadraginta diebus  
 et quadraginta noctib; **Ca. xxv.**

**L**ocutusq; est dñs ad moysē  
 dicens loquē filiis isrl ut  
 tollāt in pñcias ab omni hoīe  
 qui offert ultroneus accipietis  
 eas **H**ec sūt autem q̄ accipē-  
 debetis aurū et argentū etes  
 iacintū et purpurā coctūq; bis  
 tinctū et byssum **P**ylōs capraz  
 et pelles arietū rubricatas pel-  
 les iacintinas et ligna cethim  
**O**leum ad luminaria cōcinnā-  
 da aromata in unguentum et  
 thymiana boni odoris lapi-  
 des onychinos et gemmas ad  
 ornandum ephod ac rationale.  
**f**acietis nich scāriū et habita-  
 bo in medio eorū iuxta omēm  
 similitudinem tabnaculi quod of-  
 tendam tibi: et omniū vasorū  
 in cultū eius. **S**icq; facietis illud  
 archam de lignis sethim com-  
 pingite cuius longitudo habeat  
 duos semis cubitos. latitudo tu-  
 bitū et dimidiū **A**ltitudo cubi-  
 tū similit ac semissem et deau-  
 rabis eam auro mūdissimo intus  
 et foris faciesq; sup coronam  
 auream p̄ trautū et quatuor c-  
 rulos aureos quos pones per  
 quatuor arche angulos **D**uo  
 ruli sūt in late vno et duo  
 in altero **f**acies quoq; vertes  
 de lignis cethim et opies eos  
 auro inducesq; p̄ singulos au-  
 reos que qui sūt in arche latei-  
 bus ut portetur in eis qui semp-  
 erūt in circulis nec unquā ext-  
 hentur ab eis **P**onesq; in ar-

cham testificationem quā dabo tibi  
 facies 2 p̄piciatorū de auro mūdiss  
 simo duos cubitos et dimidiū ha  
 bebit longitudo eius semissim.  
 et cubitū latitudo **D**uos quoq; che  
 rubym aureos & p̄ductiles facies  
 ex utraq; pte oraculi cherub unus  
 sit in late' uno et alt' in altero  
**U**trūq; latus p̄piciatorū tegant  
 expandentes alas & opientes  
 oraculū **R**espiciat q; se mutuo  
 versis militibus in p̄piciatorū  
 quo opienda est archa in qua  
 pones testimonū quod dabo tibi  
**I**nde p̄cipiam & loqr' ad te sup  
 p̄piciatorū scilicet ac medio duo  
 rū cherubym qui erunt sup ar  
 cham testimonij. cūcta que mā  
 dabo p te filijs isrl' **F**acies et  
 mensam de lignis sethim habē  
 tem duos cubitos longitudinis  
 & in latitudine cubitum et in  
 altitudine cubitum ac semissim  
 et in auribus eam auro puris  
 simo **F**aciesq; illi labiū aureū  
 p̄ t̄ritū et ipi labio coronam  
 interrasilem altam quatuor di  
 gitis. & sup illam alteram co  
 ronam aureolam **Q**uatuor  
 quoq; cūctos aureos p̄parab'  
 et pones eos in quatuor āgul'  
 eiusdem mese. p̄ singulos pedes  
 subter coronā erūt cūcti aurei  
 ut mittant' verces p̄ eos & pos  
 sit mensa portā. **I**psos q; ver  
 ces facies de lignis sethim  
 & t̄tundabis auro ad subue  
 hendam mensam **P**arabis  
 & acitabula. & sialas turibu  
 la ac cyatos in quib; offēn  
 da sūt libamina ex auro pu  
 rissimo: et pones sup mensā

panes p̄piciationis in consp̄u  
 meo semp̄ facies et candela  
 brū ductile de auro mūdissi  
 mo: hastile eius et calamos  
 cyphos et sperulas ac lyhia si  
 mul ex ip̄o procedencia **S**ex  
 calami egredient' de lateib; q;  
 tres ex uno latere et tres ex  
 altero **T**res cyphi q̄si in modū  
 nucis p̄ calamos singulos spe  
 rule q; simul et hiliū **E**t tres  
 siliū cyphi instar nucis in cala  
 mo altero speruleq; et hiliū  
 hoc est opus sex calamozū qui  
 producendi sūt de hastili in ip̄o  
 autē candelabro erūt quatuor  
 cyphi in modū nucis modū spe  
 ruleq; p̄ singulos et hilia. spe  
 rule sub duobus calamis p̄  
 tria loca **Q**ui simul sex sūt  
 procedentes de hastili uno **E**t  
 sperule igit' et calami ex ip̄o  
 erūt unūsa ductilia de auro  
 purissimo **F**acies et lucnas sep  
 tem et pones eas sup cande  
 labrū ut luceat exadūso **E**mūc  
 toria quoq; a quib; lucne e  
 muncte extinguant' fiant de  
 auro purissimo **O**mnis pond; q;  
 candelabri cū unūsis vasis  
 suis habebit talentū auri mū  
 dissimi in spice et fac s̄d̄m  
 exemplar quod tibi in mōste  
 mōstratū est **Capl. xxvi.**

**C**abor-naculū vero ita fa  
 cies decem cortinas de  
 bysso retorta et iacincto ac  
 purpura. coctoz; bis tincto  
 variatas ope plumario fia  
 es. **L**ongitudo cortine unū ha  
 bebit viginti octo cubitos.

latitudo quatuor cubitorū erit. **U**ius mensuræ fient unūsa tentoria. **Q**uinq; cortine sibi iūgetur mutuo et alie quāq; nexu sibi cohebit. **A**nsulas quoq; iacinctimas in laterib; ac summatib; cortinarū facies: ut possint in uicē copulari. **Q**uinquagenas ansulas habebit cortina in utraq; pte ita in sectas ut ansa contansam ueniat. **E**t alta alti possit aptari facies **E**t quinquaginta cūculos aureos quib; cortinarū uela iūgenda sunt **E**t unū tabnacinū fiat. facies et sagaciliana uideam ad opriendū tectū tabnaci. **L**ongitudo sagi unū habebit triginta cubitos: **E**t latitudo quatuor. equa erit mēsurā sagorū om̄i equibus quāq; iūgetur seorsum. et seorsibi mutuo copulabitur. ita ut sextū sagū in fronte tecti duplēt. **F**acies **E**t quinquaginta ansas in ora sagi unius ut quūgi cū alto queat et quinquaginta ansas in ora sagi alti ut cū alto copulet. **Q**uinquaginta fibulas enecas facies quibus iūgantur anse **E**t unū ex omnibus opimentum fiat. **Q**uod aut sup fuerit in sagis quæ preparantur in tecto id est unū sagū quod amplius est ex medietate eius opies posteriora tabnaci **E**t cubitus ex una pte pendeat. **E**t altē ex altera qui plus ē in sagorū longitudine utriūq; latus tabnaci pteges. **F**acies **E**t opi-

mentum aliud tecto de pellibus arietū rubricatis et sup hoc rursus aliud opimentum de iactimis pellib;. **F**acies et tabulas pates ante tabnacinū de lignis cethim que singule denos cubitos in longitudine habeant et in latitudine singulos ac semissem. **I**n laterib; tabularum due in castitate fient quib; tabula alteri tabule connectat atq; in hūc modū cūcte tabule pabūt. **Q**uarū uinginti erūt later meridiano quod uigat ad austrū. **Q**uab; quadraginta bases argenteas fundes ut hinc bases singul' tabul' p duos angulos subiciant. **I**n late quoq; secūdo tabnaci quod uigat ad aquilonem uinginti tabule erūt quadraginta habentes bases argenteas. **O**me bases singul' tabul' supponent. **A**d occidentalem uō plagam tabnaci facies sex tabulas. **E**t rursus alias duas quæ in angulis erigant post trigūm tabnaci. **E**ritq; cōiūcte deorsum usq; sursum **E**t una omēs compago retinebit. **D**uab; quoq; tabulis quæ in angulis ponende sūt similis iūcture seruabit. et erūt simul tabule octo bases eorū argenteæ sedecim. **D**uabus basib; p unam tabnacinū tabulam supputatis: facies et uertes de lignis cethim quāq; ad cōtinendas tabulas uno late tabnaci testimonij et quāq; alios in altero et eiusdē numeri ad occidentale plagā qui

mittentur p medias tabulas a sumo usque ad sumum. Ipsas quoque tabulas deaurabis et fundes in eis anulos aureos per quos vectes tabulata contineantur: quos opies laminis aureis. Et eriges tabernaculum iuxta exemplum quod tibi in monte monstratum est. Facies et velum de iacinto et purpura coccoque bis tincto et bysso retorta ope plumario et pulchra varietate contextum quod appendes ante quatuor columpnas de lignis sethim. quae ipse quidem deaurate erunt et habebunt capita aurea sed bases argenteas. Insuper aut velum per titulos intra quod pones archam testimonij: ex quo et sanctuarium et sanctuarij sanctuaria dividuntur. Pones et spinatorum super archam testimonij in sancta sanctorum mensam quae ex celum velum et contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano. Mensa enim stabit in parte aquilonis. Facies et tentorium in introitu tabernaculi de iacinto et purpura coccoque bis tincto et bysso retorta ope plumario: et quae quoque columpnas deaurabis lignorum sethim ante quas ducetur tentorium quarum erunt capita aurea et bases enee. **Capitulum xxvij.**

**F**acies et altare de lignis sethim quod habebit quatuor cubitos in longitudine et totidem in latitudine id est quadrum et tres cubitos in altitudine. Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt et opies illud erit. Facies quoque in usus eius

lebetes ad suscipiendos cineres et forcipes atque sustinulas et ignium receptacula. Omnia vasa ex ere fabricabis craticulam quoque in modum retis eneam: per cuius quatuor angulos erunt quatuor anuli enei quos pones super arulam altaris et itaque craticula usque ad altaris medium. Facies et vectes altaris de lignis sethim duos quos opies laminis eneis et induces per titulos: eruntque ex utroque latere altaris ad portandum. Non solidum: sed inane et vacuum ut cavum intrinsecus facies illud: sicut tibi in monte monstratum est. Facies et atum tabernaculi in cuius plaga australi contra meridiem erunt tentoria de bysso retorta. Centum cubitos unum latum tenebit in longitudine et columpnas viginti cum basibus totidem eneis quae capita cum celaturis suis habebunt argentea. Sicut in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum: columpne viginti et bases enee eiusdem numeri et capita earum cum celaturis suis argentea. In latitudine vero atrij quod respicit ad occidentem erunt tentoria per quinquaginta cubitos et columpne decem basesque totidem. In ea quoque latitudine atrij quae respicit ad orientem quinquaginta cubiti erunt in quibus quiddecim cubitorum tentoria lateri uno deputabunt columpne quoque tres et bases totidem. Et in latere altero erunt tentoria quiddecim cubitos obtinencia columpnas tres et bases totidem. In

nitritu uo atrij fiet tentorium  
 viginti cubitoru ex iacincto ⁊  
 purpura coccoq; bis tincto ⁊  
 bysso retorta opere plumaiis  
 columpnas habebit quatuor  
 cu basibus totidem Omnes co-  
 lupne atrij p cautum vesti-  
 te erut argenteis laminis  
 capitib; argenteis ⁊ basib;  
 eneas In longitudine occupa-  
 bit atriu cubitos centu in la-  
 titudine quinquagita: altitu-  
 do quinq; cubitorum eit fietq;  
 de bysso retorta et habebit  
 bases eneas. Cuncta vasa ta-  
 bnacli in oms usus eius ⁊  
 testimonia tam pavillos  
 eius qua atrij ex ere facies  
 pcepte filijs isrl' ut offerat  
 michi oleu de arboribus oly-  
 uaru purissimu piloz con-  
 tusum ut ardeat lucna sem-  
 per in tabnaculo testimonij  
 est velu quod o psum e  
 tabnaculo testimonij ⁊ col-  
 locabit eam aaron ⁊ filij  
 eius ut usq; mane luceat  
 cora dno. perpetuus cultus eit  
 p successiones eoru a filijs  
 israhel. - *Caplm. xxviii.*

**A**pplica quoq; ad te aa-  
 ron frim tuu cu filijs  
 suis de medio filiozu isrl' ut  
 sacerdotio fungant michi aa-  
 ron Hadab ⁊ abiu ⁊ elea-  
 zar ⁊ ythamar facies q;  
 vestem scam aaron frū tuo  
 in gloiam ⁊ decorem ⁊ loq-  
 ris cunctis sapientib; corde  
 qd repleui spu prudentie ut  
 faciant vestes aaron in qb;  
 sacrificatus ministrat michi

**H**ec autē erūt vestimēta que  
 facient Racionale ⁊ suphume-  
 rale tunica in lineam et stricta  
 cydarium et baltheū facientq;  
 vestimēta scā aaron frū tuo ⁊  
 filijs eius ut sacerdotio fungant  
 michi Accipientq; aurū ⁊ iacī-  
 tū ⁊ purpuram coccoq; bis tinc-  
 tū et byssum: facientq; sup hu-  
 merale de auro ⁊ iacincto ac pur-  
 pura cocco q; bis tincto et bysso  
 retorta opere polimito Duas  
 oras oras iunctas habebit in utq;  
 laterē summatū ut in unū re-  
 dant: ipaq; textura ⁊ cuncta  
 opū varietas erit ex auro ⁊  
 iacincto et purpura coccoq; bis  
 tincto et bysso retorta Sumes  
 q; duos lapides ornithinos: ⁊  
 sculpes in eis nomia filioz isrl'  
 Sex nomia in lapide vno et sex  
 reliq; in alto iuxta ordinem  
 natiuitat; eoru: ope sculptozis  
 ⁊ relatiua gemarū sculpes  
 eos nomib; filioz isrl' inclusos  
 auro atq; tūdatos: et pones  
 in utroq; late sup humeralis  
 memoriale filijs isrl' Porta-  
 bitq; aaron nomia eoru coram  
 dno sup utruq; humerū ob  
 recordacionem facies et vi-  
 cinos ex auro et duas cathe-  
 nulas ex auro purissimo sibi  
 inuicem cohēntes: quas mise-  
 res vncinis Racionale quoq;  
 iudicij facies ope polimito iux-  
 texturam sup humeralis ex  
 auro iacincto et purpura coc-  
 coq; bis tincto ⁊ bysso retor-  
 ta Quadrāgulū erit ⁊ du-  
 plex mensuram palmi habe-  
 bit tam in lōgitudine quam



in latitudine: pones qz in eo q  
 tuor ordines lapidum In primo  
 usu erit lapis sardius & topa  
 zius & smaragdus In secundo  
 carbūcul⁹ saphyrus & iaspis  
 In tertio liguri⁹ achates & ama  
 thustus In quarto crisolitus onychi  
 nus & berillus Includi autē erūt  
 per ordines suos habebūtqz noīa  
 filioꝝ isrl̄ Duodecim nomib⁹  
 relabunt⁹ singuli lapides noīb⁹  
 singuloꝝ p̄ duodecim t̄bus faci  
 es in rationali catenas sibi  
 inuicem cohēntes ex auro puris  
 simo & duos anulos aureos q̄s  
 pones in utqz rationali sumita  
 te **Catenulas** qz aureas iunges  
 anulis qui sūt in marginibus  
 eius & ip̄az catenarum extre  
 ma duob⁹ copulab⁹ vncinis in  
 utqz latē suphumeralis quod  
 rationale respicit facies et  
 duos anulos aureos quos po  
 nes in summatib⁹ rationalis  
 et in oris que eregione sūt  
 suphumeralis & postiora ei⁹  
 respiciūt **Hecno** & alios duos  
 anulos aureos qui ponendi  
 sūt in utqz latē suphumeral  
 deorsū quod respicit cont̄ fac  
 em uicturæ inferioris ut aptari  
 possit cū suphumerali ut sti  
 gat⁹ rationale anul⁹ suis cū anu  
 lis suphumeralis uicta iacir  
 tina ut maneat uictura fab  
 facta et a se inuicem rationa  
 le et suphumerale neqant  
 separari **Portabitqz** aaron no  
 mina filioꝝ isrl̄ in rationa  
 le iudicij sup pectus suū quōdo  
 ingredit⁹ sanctuariū memo  
 riale coram dño metū. **po**

nes autem in rationali iudicij  
 doctna & ueritatem que erūt  
 in pectore aaron quōdo ing  
 ditur coram dño: & gestabit  
 iudiciū filioꝝ isrl̄ in pectore  
 suo in consp̄cū dñi semp fac  
 es & tunicā suphumeralis to  
 tam iacinctinam in cui⁹ me  
 dio sup̄ erit capitiū et ora  
 p̄ gyrū eius textilis sicut fieri  
 solet in extremis uictiū ph  
 bus ne facile rūpat⁹ **Deorsū**  
 uō ad pedes eiusdem tunice  
 p̄ cautiū q̄si mala pumica fa  
 cies ex iacincto et purpu  
 ra & cocco bis tincto mixtis  
 in medio tintinabul⁹ ita ut  
 tintinabulū sit aureum &  
 malū pumicū **Rursūqz** tintin  
 nabulum aliud aureum & ma  
 lū pumicū **Et** uictiet ea aaron  
 in officio ministerij ut au  
 diatur somitus quādo ingredit⁹  
 et egredit⁹ sc̄uariū in consp̄cū  
 dñi et nō moriat⁹ **Facies** & lam  
 minā de auro purissimo in  
 qua sc̄ulpes ope relatoris sc̄m  
 dño ligabis qz eam uicta ia  
 cinctina & erit sup thyraram  
 imminēs fronti potificis **Por**  
 tabitqz aaron inq̄tates eoz  
 q̄ obtulerint et sc̄ificauerūt  
 filij isrl̄ in cunctis muneibus  
 & donarijs suis **Erit** autem  
 lamina semp in fronte eius  
 ut placatus ei sit dñs **Strin**  
 gensqz tunicam byss⁹ & thy  
 aram byssimam faciens et  
 baltheum ope plumarij **por**  
 ro filijs aaron tunicas lineas  
 & parabis et baltheos. ac

thyarum in gloriam et decorem  
vestiesque hys omnibus aaron fratri  
tuum et filios eius cum eo: et cir-  
torum consecrabis manus sanctificabis  
quod illos ut sacerdos fungantur  
mihi facies et femoralia linea  
et operiant carnem turpitudinis  
sue a rebus usque ad femina  
et utentur eis aaron et filii eius  
quando ingrediuntur tabernacu-  
lum testimonij vel quando ap-  
propinquat ad altare ut mi-  
nistrent in sacrificio ne iniquita-  
tis rei moriantur. legitimum sem-  
piternum est aaron et semini eius  
post. Sed et hoc facies ut in  
sacerdotium consecrentur. **Cap. xxx.**

**T**olle vitulum de armento  
et arietes duos immacu-  
latos. panesque et azimos et  
crustulam absque fermento. que  
conspersa sunt oleo laganaque  
que et azima oleo lita. De si-  
mula triticea circum facies et  
posita in canistro offeres. Vi-  
tulum autem et duos arietes  
et aaron ac filios eius appli-  
cabis ad ostium tabernaculi tes-  
timonij. Cumque laveris patrem  
cum filiis aqua: indues aaron  
vestimentis suis id est linea  
tunica suphumerali quod  
constrinxeris baltheo: et pones  
thyarum in capite eius. et la-  
minam sanctam super thyarum  
et oleum unctionis fundes su-  
per caput eius atque hoc ritu  
consecrabis filios quoque eius  
applicabis et indues tunicis

lineis ringesque baltheo aaron  
sacerdotem et liberos eius: et impones  
eis mitras eruntque sacerdotes mei  
religione perpetua. Postquam im-  
aueris manus eorum applicabis  
et vitulum coram tabernaculo testimo-  
nij: imponentque aaron et filii  
eius manus super caput illius et  
mactabis eum in conspectu domini iuxta  
ostium tabernaculi testimonij.  
Superiusque de sanguine vituli pones  
super cornu altaris digito tuo. Re-  
liquum autem sanguinem fundes  
iuxta basem eius. Sumes et adi-  
pem totum qui operit intestina et  
reticulum iecoris. ac duos renes  
et adypem qui est super eos et of-  
feres incensum super altare. Car-  
nes vero vituli et corium et finium  
combures foris extra castra  
eo quod pro peccato sit. Unum quoque  
arietem sumes: super cuius caput  
ponent aaron et filii eius ma-  
nus. Quem cum mactaueris tol-  
les de sanguine eius. et fundes  
extra altare ipsum autem arietem  
secabis in frusta lotaque intestina  
eius ac pedes pones super concu-  
sas carnes super caput illius et  
offeres totum arietem in incen-  
sum super altare. Oblatio est domino  
odor suauissimus victimae domini.  
Tolles quoque arietem alterum  
super cuius caput aaron et filii eius  
ponent manus. Quem cum immo-  
laueris sumes de sanguine ipsius  
et pones super extremum dexterae  
auriculae aaron et filiorum eius  
et super pollicem manus eorum et pe-  
dis dexteri: fundesque sanguinem

sup altare p crutu **C**umq; tuleris  
 de sanguine qui est sup altare et de  
 oleo unctiois appges aaron &  
 vestes eius. filios et vestimenta  
 eoru. consecratisq; t ipsis et ves-  
 tibus tolles adypem de ariete  
 et caudam. & aruinam q opit  
 vitalia ac reticulum iecoris. &  
 duos renes atq; adypem qui  
 sup eos e. armumq; dextrum  
 eo qd sit aries consecrationis  
**T**ortam panis vni 9 & crustu-  
 lam cospfam oleo laganum  
 de camstis asinoru quod posi-  
 tu est in cospa dmi **P**ones q;  
 omnia sup manus aaron et  
 filioz eius & sacrificabis eos e-  
 leuans coram dno. suscipies  
 q; uniusa de manib; eorum  
 & incendes sup altare in holocaus-  
 tu. odorem suauissimu in con-  
 spa dmi quia oblatio eius est.  
**S**umes quoq; pectusculu con-  
 sectum de ariete. quo inciatus  
 est aaron & filij eius sacrificabis  
 q; illud eleuatu coram dno  
 et cedet in ptem tuam **S**acti-  
 ficabisq; et pectusculum conse-  
 cratu & armu que de ariete  
 separasti quo inciatus e aa-  
 ron et filij eius cedentq; in p-  
 tem aaron et filiozum eius  
 iure ppetuo a filijs isrl quia  
 primitiua sut et incia de vic-  
 timis eoz pacificas que offe-  
 runt dno **V**estem autem scas  
 qua utit aaron habebut filij  
 eius post eum. & unguant in  
 ea et consecrent manus eorum  
**S**epte dieb; utet illa qui pon-

tifer pro eo fuit constitutus de fi-  
 lijs eius et qui ingredietur ta-  
 bernaculu testimonij. ut ministri  
 michi in sacuario meo **A**rie-  
 tem autem consecrationis tolle  
 et coques carnes eius in loco  
 sco quib; vescetur aaron et fi-  
 lij eius **P**anes quoq; qui sut  
 in camstis inuestibulo tabna-  
 culi testimonij comedent ut  
 sit placabile sacrificu et sanctifi-  
 cent offerentiu manus **A**lien-  
 gena non vestet ex eis quia  
 sca sut **Q**uod si remaserit de  
 carib; consecris siue pambus  
 usq; mane: combures reliqas igni  
**N**on comedent q; sacrificata sut  
**O**mnia q; precepi tibi facies sup aa-  
 ron et sup filios eius **S**eptem  
 dieb; consecrabis manus eoz  
 et vitulu pro pcto offeres p sm-  
 gulos dies ad expiandu: mudat  
 q; altare cu immolaueris expi-  
 atiois hostia. et unguet illud  
 in sacrificacionem **S**epte diebus  
 expiabis altare et sacrificabis  
 et erit scm scozu **O**mnes qui teti-  
 gerit illud sacrificabit **H**oc e quod  
 facies in altari **A**gnos agnicu-  
 los duos p singulos dies iugiter.  
 vnu agnu mane et alter ves-  
 pe **D**ecimam ptem simile con-  
 sperse oleo tursu quod habeat  
 mesuram quartam ptem hyn &  
 vnum ad libandum eiusdem  
 mensur in agno vno **A**lter  
 va agnu offeres ad vesperam  
 iuxta ritum matutine oblatio-  
 nis et iuxta ea que diximus  
**I**n odore suauitatis sacrificu

**Ex**

est dno oblatione perpetua in gratias  
nones vias ad ostium tabernaculi  
testimonij coram dno ubi con-  
suetudinem ut loquatur ad te ubiq; p-  
piam filijs isrl' et sacrificabitur  
altari in gloria mea. **S**acrificabo  
et tabernaculum testimonij cum altari  
et aaron cum filijs eius ut sacerdos  
fungatur in et habitabo in me-  
dio filiorum isrl' et ego deus  
et scient quod ego dñs deus eorum  
qui eduvi eos de terra egypti ut  
manerem inter illos ego dñs deus  
ipsorum. **Capitulum xxx.**

**F**acies quoque altaris ad ad-  
olendum thymiamia de lignis  
cettym habens cubitum longitu-  
dinis et alterum latitudinis id  
est quadrangulum et duos cubi-  
tos in altitudine. Cornua ex ipso  
procedent vestesque illud auro  
purissimo tam crathicula eius  
quam parietes per circuitum et cor-  
nua faciesque ei coronam aure-  
olam per gyrum et duos anulos  
aureos sub corona per singula  
latera ut mittantur in eos vectes  
et altaris portet. Ipsos quoque  
vectes facies de lignis cettym  
et in auribus ponesque altaris cot-  
velum quod ante archam pendet  
testimonij coram propitiatio quo  
tegitur testimonium ubi loquatur  
tibi. Et adolebit incensum super  
eo aaron suave fragrans.

**M**ane quando componet luc-  
nas incendat illud et quando col-  
locabit eas ad vespam uret thy-  
miamia coram domino in ge-  
nerationes vias. Non offeret

tis super eo thymiamia composicio-  
nis alterius nec oblationem et  
victimam habebitis. Et deprecabitur  
aaron super cornua eius semel per  
annum in sanguine qui oblatus est  
pro peccato. Et placabit super eo in  
gratiis vestris. semel scilicet erit  
dno. **L**ocutusque est dñs ad  
moysen dicens. Quando tuleris  
summam filiorum isrl' unum nummum  
dabunt singuli precium pro anima  
bus suis dno et non erit plaga  
in eis cum recensiti fuerint. Hoc  
autem dabit omnis qui transit ad  
nomen domini dimidium sicli: iuxta  
mensuram templi. Siclus vigen-  
ti obulos habet: medietas pro sicli  
offeret dno. Qui habet in nummo  
a viginti annis et super dabit  
precium. Divites non addet ad me-  
dium sicli: et pauper nichil minu-  
et. Susceptamque pecuniamque  
collata est a filijs isrl' tunc usque  
tabernaculi testimonij ut sit mo-  
nimentum eorum coram dno  
ut propicietur animalibus eorum.

**L**ocutusque est dñs  
ad moysen dicens. facies et la-  
biu eneu cum base sua ad la-  
uandum: ponesque illud in ta-  
bernaculum testimonij ad altare.  
Et missa in illud aqua. Laua-  
bunt in ea aaron et filij eius ma-  
nus suas ac pedes quando ingressu-  
ri sunt tabernaculum testimonij et  
quando accessuri sunt ad altare  
ut offerant in eo thymiamia  
dno: ne forte moriantur. Legiti-  
mum sempiternum erit ipsi

et semini eius p successiones eo-  
rum  
**L**ocutus qz e dñs  
ad moysen dicens. Sume tibi  
aromata sine myrris et elec-  
te qngentos syclos ⁊ cynamo-  
mi mediū id e ducetos qnq̄  
ginta syclos calami siliter-  
ducentos qnquaginta cassie  
quoqz qngentos syclos in pon-  
dere scuarj oleum de olivuet  
mensuram hyn faciesqz unctio-  
nis oleum scm unguentum  
cōpositum ope unguentarij  
⁊ ungues ex eo tabnaclm tes-  
timonij ⁊ archam testamēti  
mēsāmqz cū vasis suis cande-  
labz et utensilia eius altaria  
thymiamatis et holocausti et  
vniūsam suppellectilem q̄ ad cul-  
tū eozū ptinet scificabz qz oīa  
et erūt scā scōzū **E**t tetigeit  
ea scificabz Aaron ⁊ filios eius  
unges scificabisqz eos ut sa-  
cōdo fungant michi filijs isrl  
dices **H**oc oleum unctiois scm  
m̄ eit in gnāones vās Caro  
hoīs non unget ex eo et iuxta  
composicionem eius nō facietis  
aliud quia scificatū est et scm̄  
erit vobis **H**ō quicūqz tale com-  
posueit et dedit ex eo alieno.  
ext̄minabitur de pplō suo **D**ixit  
itqz dñs ad moysen Sume tibi  
aromata et stacten ⁊ omichi  
galbanen quoqz boni odoris et th̄  
lucidissimū equal ponderis erūt  
omnia. facies qz thymiamo  
compositū ope unguentarij mix-  
tū diligēte ⁊ purū et scifica-  
tōne dignissimū Cūqz intenu-  
issimū puluerem vniuersa con-

tuderis. pones ex eo corā tabna-  
culo testimonij. in quo loco appebo  
tibi scm scōzū erit vobis thymi-  
ama **T**alem oposicionem nō  
facietis in vsus vros quia scm̄  
ē domno **H**omo quicūqz fecit  
simile vt odore illis pfruat  
pibit de pplis suis **Ca. xxxi.**

**L**ocutus qz est dñs ad moy-  
sen dicens **E**cce vocavi  
ex nomine bezelehel filiū vri  
filij huius de t̄bu iuda. ⁊ impleui  
eum spū da sapiā et mtelligen-  
tia et scā in omni ope quod  
fabrari potit ex auro ⁊ argento  
et eiz et marmore ⁊ gēmis  
et diūsitate lignozū. **D**ediqz ei  
sociū soliab filiū achisamech  
de t̄bu dan ⁊ in corde omnis  
eruditi posui sapiam vt faciūt  
cūcta que p̄cepi tibi: tabna-  
clm federis ⁊ archam testimonij  
et p̄piciatōiū quod sup eam ē  
et cūcta tabnaculi mēsāmqz  
⁊ vasa eius candelabrū puris-  
simū cū vasis suis ⁊ altare  
thymiamatis ⁊ holocausti. ⁊  
oīa vasa eozū labiū cū basi sua  
vestes scās in ministrō aaron  
sacerdotis et filiozū eius vt fugā-  
tur officio suo in sacris oleū  
vniōnis et thymiamata aro-  
matū in scuario **O**mnia que  
p̄cepi tibi facient **E**t  
locutus ē dominus ad moysen  
dicens **L**oquē filijs isrl ⁊ di-  
ces ad eos **V**idete vt sabbatū  
meū custodiatis quia signū  
ē int̄ me et vos in gnāioni-  
bus vris vt sciatis qz ego dñs

qui sanctifico uos Custodite sab-  
 batum meū: scīn em̄ est nobis Q  
 pollueit illud morte morietur  
 Qui fecerit in eo opus p̄bit a  
 nima illius de medio ppli sui  
 Sex dieb9 facietis opus: in sep-  
 timo sabbatum ē requies sc̄do  
 mino Oīs qui fecit opus in die  
 hac morietur Custodient filij  
 isrl' sabbatū ⁊ celebrent illud  
 in gn̄acionib9 suis pactū est  
 sempit̄nū int̄ me ⁊ filios isrl'.  
 signūq; p̄petuū Sex em̄ dieb9  
 fecit deus celū et terram: ⁊ in  
 septimo ab ope cessauit De-  
 dit quoq; dñs moysi cōpletis  
 huiusmodi sermōib9 in  
 mōte synai duas tabulas tes-  
 timōij lapideas: sc̄ptas digito  
 dei - **Capitū. xxxij.**

**U**idens autem populus qd̄  
 moram faceret descenden-  
 di de mōte moyses: congre-  
 gans adūsus aaron ait Sur-  
 ge fac nobis deos qui nos p̄-  
 cedant. moysi enim huius vi-  
 ro qui nos eduxit de terra egip-  
 ti ignoramus quid acciderit  
 Dixitq; aaron ad eos Tollite  
 in aures aureas de vroz fili-  
 orū q; et filiaz māz9 aurib9  
 ⁊ afferte ad me: fecit p̄pls q̄  
 iusserat: deferens in aures ad  
 aaron **Q**uas cū ille  
 accepisset. formauit ope fuso-  
 rio. ⁊ fecit ex eis vitulū con-  
 flatilē. dixerūtq; hñ sūt dñj tui  
 isrl' qui te eduxerūt de terra e-  
 gypti Quod cū vidisset aaron  
 edificauit altare coram eo  
 ⁊ p̄toms voce clamauit di-

rens. Cras sollempnitas dñi ē  
 Surgensq; mane obtulit holo-  
 causta et hostias pacificas Et  
 sedit popul9 māducare et bibe  
 et surrexerūt ludē **L**ocutus  
 est aut dñs ad moysen dicens  
 Vade descende p̄cauit populus  
 tuus quē eduxisti de terra egyp-  
 ti **R**ecesserūt cito de via quam  
 ostendisti eis: fecerūtq; sibi vi-  
 tulū conflatilē ⁊ adorauerūt at-  
 q; immolantes ei hostias dixerūt  
**I**ta sūt dñj tui isrl' qui te edupe-  
 rūt de terra egypti **R**ursumq;  
 dñs ad moysen Cerno quod  
 pplius iste dure ceruicis sit dimi-  
 te me ut irascat furor meus cō-  
 tra eos et deleam eos: faciāq;  
 te in gentem magnam moy-  
 ses autem orabat dñm deum  
 suū dicens **C**ur dñe irasatur  
 furor tuus cont̄ pplm̄ tuū quē  
 eduxisti de terra egypti in forti-  
 tudine magna. et in manu  
 robusta. **N**e queso dicāt egipci  
 calhde eduxit eos ut m̄ficiēt in  
 mōtib9 et deleat de terra **Q**uiescat  
 ira tua: et esto placabilis sup ne-  
 quicia ppli tui **R**ecordare abra-  
 ham ysaac et iacob ser-uorū  
 tuor9 quib9 iurasti p̄ temetipm̄  
 dicens **M**ultiplicabo semē v̄m̄  
 sicut stellas celi et uniuersam  
 terram h̄ac de qua locutus sum  
 dabo semini v̄o et possidebi-  
 tis eā semp̄ **P**lacatusq; ē do-  
 ne faceret malū quod locutus  
 fuerat adūs9 pplm̄ suū **E**t reu-  
 sus est moyses de mōte portās  
 duas tabulas testimōij in

manu

manu scriptas ex utraque parte: et factas  
ope domini Scriptura quoque dei erat  
sculpta in tabulis. Audiens autem  
iosue tumultum populi vociferantis  
ait ad moysen. **V**hulatus pug-  
ne auditur in castris. **Q**ui respon-  
dit. **N**on est clamor adhortandi  
ad pugnam neque vociferandi  
compellendum ad fugam: sed vo-  
ce cantandi ego audio.

**Q**uoniam appropinquasset ad castra vi-  
dit vitulum et choros: unumque est  
valde et proiecit de manu tabu-  
las et confregit eas ad radices  
montis. **A**rripiens quoque vitulum quem  
fecerant combussit et contuit  
usque ad pulverem quem sparsit in  
aquam et dedit ex eo potum fi-  
liis israel. **D**ixitque ad aaron. **Q**uid  
tibi fecit hic populus ut induceres  
super eum peccatum maximum. **C**ui ille  
respondit. **N**e indignetur queso  
dominus meus tu enim nosti populum is-  
rael quod pronus sit ad malum.  
dixerunt mihi fac nobis deos qui  
predant nos: huic enim moysi qui  
eduxit nos de terra egypti. **N**esci-  
mus quid acciderit. **Q**uibus ego  
dixi. **Q**uis vestrum habet aurum. **L**u-  
lerunt et dederunt michi. et percussit il-  
lud in ignem egressusque est hic  
vitulus. **V**idens ergo moyses po-  
pulum quod esset nudatus spoliavit  
eum cum aaron propter ignominiam  
sordis. et misit hostes nudum constatu-  
erat. **E**t stans in porta castrorum  
ait. **S**i quis est dominum iugum michi.  
**C**ongregati quoque sunt ad eum omnes filii  
leui. **Q**uibus ait. **H**ec dicit dominus

deus israel. **P**onat unusquisque gla-  
dium super femur suum. **I**te et redite de  
porta usque ad portam per medium  
castrorum et occidat unusquisque  
fratrem et amicum et proximum suum  
feceruntque filii leui iuxta sermo-  
nem moysi cecideruntque in die  
illo quasi viginti tria milia  
hominum. **E**t ait moyses. **C**onsecras-  
tis manus vestras hodie domino unus-  
quisque in patre et in filio et fratre  
suo: ut detur vobis benedictio.

**F**acto autem die al-  
tero locutus est moyses ad populum.  
**P**eccastis peccatum maximum. **A**scen-  
da ad dominum si quomodo eum  
quivero deprecari pro scelere vestro.  
**R**eversus quoque moyses ad dominum ait.  
**O**bservo domine. **P**recavit populus iste  
peccatum magnum. **F**eceruntque sibi de-  
os aureos. **A**ut dimitte eis hanc  
noxam. **A**ut si non facis dele me  
de libro tuo quem scripsisti. **C**ui  
respondit dominus. **Q**ui peccavit  
michi delebo eum de libro meo.  
**T**u autem vade et duc populum istum  
quo locutus sum tibi angelus  
meus praedat te. **E**go autem in  
die ultionis visitabo et hoc peccatum  
eorum. **P**assit ergo dominus populum pro  
reatu vituli quem fecit aaron.

**L**ocutusque. **Cap. xxxiii.**  
**L**ocutus est dominus ad moysen dicens.  
**V**ade descende de loco isto tu et  
populus tuus quem eduxisti de terra  
egypti in terram quam iuravi  
abraham ysaac et iacob dicens.  
**S**eminum tuo dabo eam et mit-  
ta praefore tuum angelum. **V**t eiciat  
chananeum et amorreum

et etheum et ferezeum et eneu  
 et iebuseum et gergeseum: et  
 intres in terra fluentem lacte et  
 melle. Non enim ascendam te  
 cum quia populus iste durus cervicis  
 est. ne forte disperdam te in via:  
 Audiens autem populus sermo-  
 nem hunc pessimum luxit: et nullus  
 ex more indutus est cultu suo.

**D**ixit quoque dominus  
 ad moysen. Loque filius israhel  
 ad populum. Durus cervicis est es:  
 semel ascendam in medio tuum  
 et delebo te. Jam nunc depone  
 ornatum tuum et ut sciam quid  
 faciam tibi. Deposuerunt ergo filii  
 israhel ornatum suum a monte oreb  
 a moyses quoque tollens tabernacu-  
 lum tetendit ex castris procul vo-  
 cavitque nomen eius tabernacu-  
 lum fedetis. Et omnis populus  
 qui habebat aliquam questi-  
 onem egrediebatur ad taberna-  
 culum fedetis extra castra. Cum  
 egrederetur moyses ad ta-  
 bernaculum surgebat uniusa ple-  
 bes et stabat uniusa in hos-  
 tio papilionis sui aspiciabant  
 quod tegum moysi donec egredere-  
 tentorium. Ingresso autem illo ta-  
 bernaculum fedetis descendebat co-  
 lumbina nubis et stabat ad hos-  
 tium tabernaculi loquebaturque cum moi-  
 se cernentibus uniusis quod co-  
 lumbina nubis staret ad hos-  
 tium tabernaculi stabantque ipsi et  
 adorabant per fores tabernaculo-  
 suorum. **L**oquebatur autem dominus  
 ad moysen facie ad faciem  
 sicut loqui solet homo ad ami-

cum suum. Cumque ille revertetur in castrum  
 ministrus eius iosue filius nun ad  
 hunc puer non recedebat de taberna-  
 culo. **D**ixit autem moyses ad dominum  
 Precipis ut educam populum istum: et  
 non indicas mihi quem missurum sis  
 mecum. propterea cum dixeris novi-  
 te ex nomine. et inveniisti gratiam  
 coram. **S**i ergo inveni gratiam in  
 conspectu tuo ostende michi faciem  
 tuam ut sciam te et inveni am-  
 gratiam ante oculos tuos. respice po-  
 pulum tuum gentem hanc. **D**ixit  
 quoque dominus. facies mea prede-  
 tet te: et  
 requiem dabo tibi. **E**t ait moy-  
 ses. **S**i non tu ipse prede-  
 cas nos de loco isto. In quo enim  
 scire poterimus ego et populus tuus  
 inveniisse nos gratiam in conspectu  
 tuo nisi ambulavimus nobiscum ut  
 glorificemur ab omnibus populis qui  
 habitant super terram.

**D**ixit autem dominus ad moysen  
 Et verbum istud quod locutus est es  
 faciam. Inveniisti enim gratiam coram  
 me: et tempus novi ex nomine  
 Qui ait. **O**stende mihi gloriam tuam  
 Respondit. **E**go ostendam omne  
 bonum tibi et vocabo te in no-  
 mine domini coram me. et misere-  
 bor tui voluebo et clemens ero  
 in quem in placuit. **P**ursusque  
 ait. **N**on poteris videre faciem  
 meam non enim videbit me homo  
 et vivet. **E**t iterum ecce inquit  
 est locus apud me stabis super  
 petram. Cumque transibit gloria mea  
 ponam te in foramine terre pe-  
 trae et proteget te dextera mea  
 donec transieram. **C**ollam  
 quoque manum meam et videbis pos-



teriora mea faciem autem meam  
vide non poteris. **Capitulum xxxiii.**

**H**ic demum praeceps ait tibi du-  
as tabulas lapideas in-  
stat pos et scriptam super eas verba  
que habuerunt tabulae quas scri-  
psisti. **E**sto paratus mane ut as-  
cendas statim in montem synai  
stabisque meum super verticem mon-  
tis nullus ascendat terram nec vi-  
deat quisquam per totum montem.  
**B**oves quoque et oves non pascat  
erunt.

**R**espondit ergo  
duas tabulas quales alie ante  
fuerant et de nocte resurgens as-  
cendit in montem synai sicut  
ei preceperat dominus portans secum ta-  
bulas. **C**um descendisset dominus su-  
per nubem stetit moyses cum  
eo invocans nomen domini. **Q**uo-  
tisciente coram eo ait **D**ominator do-  
mine deus misericors et clemens  
patiens et multe miserationis  
ac verax qui custodis misericordiam  
milia qui auferis iniquitatem et  
scelerata atque peccata nullusque ap-  
te pro se innocens est: qui reddis in-  
iquitatem patrum filiis ac nepoti-  
bus et terram et gentem generationem  
vel progeniem. **F**estinusque  
moyses curuatus est pronus  
in terram: et adorans ait. **S**i in-  
veni gratiam in conspectu tuo domine:  
obsecro ut gradiaris nobiscum  
plus enim dux ceruicis est ut  
auferas iniquitates meas atque  
peccata nosque possideas. **R**espondit  
dominus. **E**go mihi pactum videtibus  
que cunctis signa faciam que nunquam  
sunt visa super terram nec in ullis

gentibus. ut cernat populus  
iste in cuius es medio opus  
domini terribile quod factus sum.  
**O**bserva cuncta que mandavi  
hodie tibi. **E**go ipse etiam ante  
faciem tuam amoriteum et cha-  
naneum et etheum ferezeum  
quoque et eueum et iebuseum

**C**ave ne unquam  
cum habitatoribus terre illius iugas  
amicitias que sunt in ruina  
sed aras eorum destrue cōstin-  
ge statuas. **I**urosque succide.

**N**on adorare dominum alie-  
num: dominus zelotes nomen eius.  
deus est emulatus. **N**e meas  
pactum cum hominibus illarum regionum  
ne cum fornicati fuerint cum dominis  
suis et adorauerint simulach-  
eorum. **N**otet te quisquam ut co-  
medas de immolatis. **N**ec ux-  
orem de filiabus eorum accipi-  
as filijs tuis ne postquam ipse  
fuerint fornicati fornicari fa-  
niant et filios tuos in deos suos.

**D**eos conflabiles non facies tibi  
Sollemnitatem asimorum custo-  
dies. **S**eptem diebus vestris azimis  
sicut precepi est in tempore mensis no-  
uano frugum asense enim unum  
tempore egressus es de egipto.

**O**mne quod aperit  
vuluam genis masculini meum  
erit. de cunctis animalibus terra de  
bubus quam de ouibus meum erit.  
**P**rimogenitum asini redies  
oue: **S**imul autem nec primum pro  
eo dedit occidet. **P**rimogeni-  
tum filiorum tuorum redies nec  
appet in conspectu meo vacuus.  
**S**ex diebus operaberis die septimo  
cessabis arare et metere.

Sollemnitatē ebdomadarū  
facies michi in p̄micijs frugū  
messis tue triticee et sollemni-  
tatem quādo redeūte anni tpe  
cūcta condū

**Q**uibus  
tempib9 āni appebit omē mas-  
culinū tuū in consp̄u om̄i po-  
tenti dñi dei isrl̄. Cum enim  
tulerō gentes a facie tua et di-  
latauero t̄minos tuos: nullus  
insidiabit̄ t̄re tue

**A**stendente te ⁊ et app̄te in  
cōsp̄u dñi dei tui ter in āno. Nō  
immolab sup fer̄m̄to s̄agnē  
hostie mee neq; remanebit  
de uictima sollemnitatis pha-  
se. P̄micias frugum t̄re offe-  
res in domo dñi dei tui. Non  
coques hedū in lacte m̄ris sue

**D**ixitq; dñs ad moysen. St̄  
be tibi v̄ba hec: quibus tenū  
cū isrl̄ pep̄ngi fedus. Stetit er-  
go ibi cū dño moyses quadra-  
ginta dies et quadraginta noc-  
tes panē nō comedit et aq̄  
nō bibit et st̄psit in tabulis  
v̄ba fedis d̄re

**Q**uq; descendit moyses de mō-  
te synai tenebat duas tabu-  
las testimonij ⁊ ignorabat  
quod cornuta eēt facies sua  
ex cōsorcio sermonis dei. Vidē-  
tes aut̄ aaron et filij isrl̄ cor-  
nuta moysi faciem: timuerūt  
⁊ p̄e accēdē. Vocatiq; ab eo re-  
uer̄si sūt tam aaron quā p̄i-  
ncipes synagoge. Et postquā  
locut9 ē venerūt ad eum eti-  
am om̄s filij isrl̄. Quib9 p̄ce-  
pit cūcta que audieat a dño  
in mōte synai impletis q;

sermomb9 posuit velamen sup  
faciē suā. Quod ingressus ad do-  
minū ⁊ loquens cum eo aufēbat  
donec exiret ⁊ tūc loquebat̄ ad  
filios isrl̄ omnia q̄ sibi fuerant  
impetrata. Qui videbant faciē  
egredientis moysi eē cornuta:  
sed opiebat rursus ille faciem  
suam. si quādo loquebat̄ ad eos

**H**itur con. **Cap. xxxv.**

**I**gregata om̄i turba filiorū  
dixit ad eos. Hec sūt que iussit  
dñs fieri. Sex dieb9 faciens op9  
Septimo dies erit vob̄ s̄c̄s sab-  
batū et requies dñi. Q̄ fecit ī  
eo opus occidet̄. Nō succendētis  
ignem in om̄ib9 habitaculis  
v̄ris p̄ diem sabbati. Et ait moy-  
ses ad om̄em catuam filiorū  
isrl̄. Iste ē sermo que p̄cepit do-  
min9 dicens. Sepate apud uos  
p̄micias dño: om̄s volūtari9  
⁊ prompti animi offerat eas  
dño aurū argentū et es ⁊ va-  
cinctū et p̄u-purā. cor̄tūq; bis  
tinctū et byssum pylos capraz  
et pelles arietū rubricatas et  
yacinctinas. ligna cethim et oleū  
ad luminaria cōtinuanda: ⁊ ut  
cōficiat̄ ungentū ⁊ thymiana  
odore suauissimū. Lapidēs om̄-  
thinos et gēmas ad ornatū  
sup humeral' ⁊ racionalis. Q̄  
quis v̄r̄m est sapiens veniat  
et faciat quod dñs impauit  
tab'naculū salit9 ⁊ tectū eius  
atq; opimentū anulos et ta-  
bulata cū uertibus. Pavillos  
et bases. archam et uertes

ppiciatoriu et velu quod ante il-  
 lud expandit. Mensam cu verti-  
 bus et vasis et ppositiois pami-  
 bus Candelabz ad luminaria  
 sustentada vasa illius et lucnas  
 et oleu ad mutmeta igniu Al-  
 taie thymiamatis et vertes o-  
 leu unctiois et thymiana  
 ex aromatib. Tentoriu ad hos-  
 tiu tabnachi. Altare holocausti  
 et craticulam eius enea cum  
 vectib et vasis suis labrum  
 et bases eius Cortinas atrij  
 cu columpnis et basibus Tentoriu  
 in foibus vestibuli. Pavil-  
 los tabnacula et atrij cu simi-  
 cul suis Vestimenta quoz vsus  
 e in ministerio scuarum. Vestes  
 aaron pontificis ac filioru eius  
 ut sacerdotio fungat michi

**E**gressaqz omnis multitudo fili-  
 oru isrl de conspau moysi obtulit  
 mente promptissima atqz deuota  
 pmissas dno ad faciendu  
 opus tabnachi testimonij. Quis  
 quid in cultu et ad vestes scas  
 necessariu erat viri cu mulieribus  
 pbuerit. Armillas et in  
 aures anulos et dextralia omne  
 vas auru in donaria dmi sepa-  
 tu est. Si quis habuit vacinc-  
 tu et purpuram cocuqz bis tinc-  
 tum byssum et pylos capraru  
 pelles arietum rubratis et va-  
 cinctinas argenti et auri et eris  
 metalla obtulerunt dno. Ligna  
 qz cethym in varios vsus. Sed  
 et mulies docte dederunt que ve-  
 nerat vacinctum purpuram et  
 vinctulu ac byssum et pylos

capraru sponte ipa cuncta tribuentes  
 pncipes vob multitudinis obtule-  
 runt lapides onychinos et gem-  
 mas ad suphumerale ac rati-  
 nale aromataqz et oleu ad lu-  
 minaria cocinnanda et ad ipa  
 randu ungentu ac thymiana  
 odoris suauissimi componendu  
**O**mnes vi et mulies mente deuota  
 obtulerunt donaria ut fierent opa  
 q iussertat dno p manu moysi  
 cuncti filij isrl volutate dno de-  
 dicauerunt. **D**ixitqz moyses  
 ad filios isrl. Ecce vocauit dno  
 ex noie beselehel filiu vri filij  
 hur de tribu iuda. impleuitqz  
 eu spu dei sapie et intelligencie  
 et scie omni doctna ad exco-  
 gitandu et faciendu opus in  
 auro et argento et ere sculpen-  
 disqz lapidib et ope carpent-  
 ario. Quisqz fabre adinueniri  
 potest. dedit in corde eius. Soli-  
 ab quoqz filiu achysamech de  
 tribu dan ambos erudiuit sapi-  
 encia ut faciant opa aurifi-  
 cii et exarii abpetharii. poli-  
 mitarii ac plumarii de va-  
 cincto et purpura cocuqz bis  
 tincto et bysso et texant oia  
 ac noua queqz repperiant

**F**ecit ergo **Cap. xxxvi.**  
 beselehel et ooliab et ois  
 vir sapiens quib dedit dno  
 des sapiam et intellcm ut fa-  
 cerent fabre operarii. q in vsu  
 sanctuarij nccia sut. et q precept  
 dno fieri. Cuiqz vocasset eos  
 moyses et omem eruditum

virū qui dederat dñs sapiam  
 et qui sponte sua obtulerant se  
 ad faciendū opus tradidit eis  
 vniuersa donaria filioꝝ isrl̄  
 Qui cum instarent opi cotti  
 die mane vota plus offerbat  
**V**n̄ artifices venire opulsi diu  
 erūt moysi Plus offerit plus  
 quā necm̄ est Jussit ergo moy  
 ses p̄com̄s voce cātā. Nec va  
 nec mlier̄ quitqm̄ vlt̄ offerat  
 in ope sauarij Sicq; cessatū ē  
 a muneib; offendis eo quod  
 oblata sufficient et suphabū  
 darent **F**eceruntq;  
 om̄es corde sapientes ad exple  
 dū opus tabnacli Cortinas  
 decem de bysso retorta et pa  
 cincto et purpura coccoq; bis  
 tincto ope vario et arte po  
 limita Quaz una habebat  
 in longitudine viginti octo cubi  
 tos in latitudine quatuor  
**U**na mesura eāt om̄ corti  
 naz Coniūxitq; alterā alī:  
 et alias quūq; sibi inuicem co  
 pulauit Fecit et ansas vacin  
 tinas in ora cortine vni⁹ ex ut  
 q; latē et in ora cortine alī⁹  
 similit̄ ut cont̄ se inuicem veni  
 rēt anse et mutuo iūgent̄. Vn̄  
 et quinquaginta fudit cūlos  
 aureos qui mordēt cortinaz  
 ansas: et fiēt vni tabnaclū  
 fecit et saga vnderim de pylis  
 cupraz ad opiendū tectū tabe  
 naculi Vnū sagum habebat ī  
 longitudie cubitos triginta et ī  
 latitudine cubitos quatuor Vni⁹  
 mesure erāt oīa saga Quoz  
 quūq; iūxit seorsum: et sex a

lia separatim fecit q; ansas quī  
 quaginta in ora sagi vni⁹ et quī  
 quaginta in ora sagi alī⁹ ut si  
 bi inuicem iūgent̄ et fibulase  
 neas quinquaginta quib; nectēt̄  
 tectū. ut vniū pallū ex om̄ib;  
 sagis fiet fecit et optolū tabna  
 cli de pellib; arietum rubicatis  
 et aliud desup opimentū de pel  
 libus iacithinis Fecit et tabu  
 las tabnacli de lignis sethim  
 stātes decem cubitoꝝ erat lōgi  
 tudo tabule vni⁹: et vniū ac semis  
 sem cubitū latitudo retinebat  
**H**inc mcastature erant p̄ sin  
 gulas tabulas ut alīa alī iūgent̄  
**S**ic fecit in om̄ibus tabulis tabna  
 cli equib; viginti ad plagā me  
 ridianā erant cont̄ austrū cū  
 quadraginta basibus argenteis.  
**D**ue bases sub vna tabula pone  
 bāt̄ ex utq; anguloꝝ pte. vbi  
 in mcastature laterū in angulis  
 t̄minabāt̄ Ad plagam quoq; ta  
 bnacli que respicit ad aquilonē  
 fecit viginti tabulas cū quādrāgin  
 ta argenteis basibus **D**uas bases  
 p̄ singulas tabulas **C**ont̄ occide  
 tem vō id est ad eam pte tabna  
 cli que mare respicit. fecit sex  
 tabulas. et duas alias p̄ singu  
 los tabnacli retro que iūte e  
 rant deorsum vsq; sursum et  
 in vna compagem p̄t̄ ferebāt̄  
**I**ta fecit ex utraq; pte p̄ angulos  
 ut octo essent simul tabule et  
 habent bases argenteas sedecim  
 binas scilicet bases sub singul  
 tabul' Fecit et vectes de lignis  
 sethim quūq; ad cōtinēdas ta

bulas unius lateris tabernaculi et  
quaque alios vectes ad occidenta-  
lem plagam tabernaculi continere  
fecit quoque alium vectem qui per  
medias tabulas ab angulo usque  
ad angulum perveniret. Ipsa autem  
tabulata deauravit fuisque basi-  
bus earum argenteis et circulos  
eorum fecit aureos per quos vectes  
induti possent quos et ipsos ope-  
riuit laminis aureis. Fecit et ve-  
lulum de yacincto et purpura ver-  
miculo ac bysso retorta ope poli-  
mitato varium atque distinctum  
et quatuor columnas de lignis ce-  
thim quas cum capitibus deauravit  
fuisque basibus earum argenteis.  
Fecit et tentorium in introitu tab-  
ernaculi ex iacincto et purpura  
vermiculo byssoque retorta opere  
plumarii et columnas quoque  
cum capitibus suis quas operiuit  
auro basesque earum fudit enneas  
quas operiuit auro. **Cap. xxxvii.**

**F**ecit autem beselehel et ar-  
cham de lignis sethim ha-  
bente duos semis cubitos in lon-  
gitudine et cubitum ac semissem  
in latitudine. Altitudo quoque  
unius cubiti fuit et dimidii. Vesti-  
vitque eam auro purissimo intus  
ac foris et fecit illi coronam  
auream per gyrum circumflans quatu-  
or anulos aureos per quatuor  
angulos eius duos anulos in  
latere uno et duos in altero. Vec-  
tes quoque fecit de lignis sethim  
quos vestiuit auro et quos in-  
sit in anulos qui erant in late-  
ribus arche ad portandam eam  
fecit et propitiatorium id est ora-

culum de auro mundissimo duorum  
cubitum et dimidii in longitu-  
dine et cubitum ac semissem in  
latitudine. Duos etiam cherubim  
ex auro ductili quos posuit ex  
utroque parte propitiatorii. Cherub  
unum in summitate unius partis  
et cherub alterum in summitate  
partis alterius. Duos cherubim  
in singulis summitatibus propia-  
tatorii extendentes alas. et te-  
gentes propitiatorium sequi mutuo  
et illud respicientes. Fecit et  
mensam de lignis sethim in  
longitudine duorum cubitorum et  
in latitudine unius cubiti. que  
habebat in altitudine cubitum  
ac semissem circumdeditque eam  
auro mundissimo et fecit illi  
labium aureum per gyrum. ipsaque la-  
bio coronam auream intransilem  
quatuor digitorum: et super eandem  
alteram coronam auream fudit  
et quatuor circulos aureos quos  
posuit in quatuor angulis per  
singulos pedes mense contra co-  
ronam insitque in eos vectes  
ut posset mensa portari. Ipsos  
quoque vectes fecit de lignis se-  
thim et circumdedit eos auro et  
vasa ad diversos usus mense  
acitabula fyalas et cyatos  
et turibula ex auro puro in  
quibus offerenda sunt libamina.  
Fecit et candelabrum ductile de  
auro mundissimo de cuius vec-  
te calami scyphi. sperule ac  
lylia procedebant sex in utroque  
latere. Tres calami ex parte una  
et tres ex altera. Tres scyphi

in nuas modū p calamos singu-  
 los speruleq; simul et hlia Et  
 tres scyphi instar nuas in cala-  
 mo altero speruleq; simul et li-  
 lia Equū erat opus sex calamo-  
 rū qui procedebāt de stipite cā-  
 delabri In ipō autem vecte erant  
 quatuor scyphi in nuas modū  
 speruleq; p singulos et hlia et  
 sperule sub duobus calamis p  
 loca tā qui simul sex fuit calami  
 procedentes de vecte vno Spe-  
 rule igit; et calami ex ipō erāt  
 vniūsa ductilia ex auro puris-  
 simo fecit et lucnas septem cū  
 emūctorijs suis et vasa vbi e-  
 mūcta sūt extingant de auro  
 mūdissimo: talentū auri appē-  
 debat candelabrū cū omnibus  
 vasis suis fecit et altare thymi-  
 amatis de lignis sethim ha-  
 bens p quadrum singulos cubi-  
 tos et in altitudine duos e-  
 cuos angulis procedebāt cornu-  
 a vestiuitq; illud auro purissi-  
 mo cū craticula ac parietib; et  
 cornib; fecitq; ei coronam  
 aureā p gyrū et duo anulos  
 aureos sub corona p singula  
 latera: vt mittant; vectes in  
 eos et possit altare portari ipōs  
 autem vectes fecit de lignis se-  
 thim et operuit laminis aure-  
 is Composuit et oleum ad sā-  
 ficationis ungentū et thymia-  
 ma de aromatib; mūdissis  
 opere pigmētarij . xxxviii .

**F**ecit et altare holocausti  
 de lignis sethim quinq; cu-  
 bitoz p quadrum et tūm in alti-  
 tudine eius cornua de angulis

procedebāt operuitq; illud eneis  
 laminis Et in usus eius pavit  
 ex ere vasa dulsa lebetes for-  
 pes fusticula vncinos et igniū  
 receptacula craticulāq; eius in  
 modū retis fecit eneam et sub  
 eā in altaris medio arulā fu-  
 sis quatuor anulis p totidem  
 tenaculi sumitates ad immitten-  
 dos vectes ad portandū: quos  
 et ipōs fecit de lignis sethim et  
 opuit laminis eneis induxit  
 q; in cūlos qui in altaris late-  
 rib; eminebāt spm autē altare  
 nō erat solidum sed cauū ex  
 tabulis et mto vacuū

**F**ecit et labrum eneu cū basi  
 sua de speculis mulierū que  
 excubabāt in hostio tabnaculi  
 et atum in cuius austi plaga  
 erant tentoria de bysso retor-  
 ta cubitoz centū colūpne enee  
 viginti cum basib; suis Capita  
 colūpnaz et tota opis relatuā  
 argentea Atq; ad septentrionale  
 plagā tentoria colūpne bases  
 q; et capita colūpnarū eius-  
 dem mēsure et opis ac metal-  
 li erāt In ea uō plaga q; ad oc-  
 cidentem respicit fuerūt ten-  
 toria cubitorum quinquaginta  
 colūpne decē cū basibus suis  
 enee et capita colūpnarū ar-  
 gentea Porro cont; orientē  
 quinquaginta cubitoz pavit  
 tentoria equib; quideim cubi-  
 tos colūpnarū triū cū basib;  
 suis vnu tenebat latus et  
 in pte altare quia vtrūq; in  
 introitum tabnaculi fecit

quideam ex cubitorū erat ten-  
toria et columpne tres et bases  
totidem. **C**ūctā atrij tentoria bys-  
sus retorta texuerat. **B**ases co-  
lumpnarū suē enee capita au-  
tem earū cū relaturis suis ar-  
gentea. **S**ed et ipas columpnas  
atrij vestiuit argento argen-  
to: et in introitu eius ope pluma-  
rio fecit tentoriū ex iacincto et  
purpura v̄miculo ac bysso re-  
torta quod habebat viginti cu-  
bitos in lōgitudine. **A**ltitudo  
v̄o quāq; cubitorū erat iuxta mē-  
suram quam cūctā atrij habe-  
bat tentoria. **C**olumpne autem  
in ingressu fuere quatuor cū  
basib; eneis: capita q; earū r̄  
relaturarū argenteae. **P**ar illos  
quoq; tabnaculi et atrij fecit  
p̄ gyriū eneos. **H**ec sūt instru-  
menta tabnaculi testimonij q̄  
enumerata sūt iuxta p̄ceptum  
moysi in certimonijs leuitarū.  
p̄ manū ythamar filij aaron  
sacerdotis: que beselehel filius vri  
filij hur de tribu iuda dñs p̄ moy-  
sen iubente opleueat. iūcto sibi  
soas ooliab filio achisamech  
de tribu dan: qui et ip̄e artifex  
lignoz egregius fuit et polimi-  
tarius atq; plumarius ex vacic-  
to et purpura v̄miculo r̄ bysso.  
**O**mne aurū quod exp̄esū est  
in ope factuarij et quod obla-  
tū est in donarijs viginti r̄ no-  
uē talentoz fuit et septingē-  
torū triginta syclorū ad mē-  
suram factuarij. **O**blatū est aut̄  
ab hys qui t̄nsierūt ad nūm  
a viginti annis et sup̄ de sexcen-  
tis tribus milib; et quingentis

quingenta armatorū: fuerūt p̄-  
terea centū talenta argenti equi-  
bus cōflate sūt bases factuarij et in  
introitu vbi velū pendet centū  
bases fr̄e sūt de talentis centum  
singulis talentis p̄ bases singu-  
las supputatis. **D**e mille autē  
septingētis et septuaginta quī  
q; fecit capita colūpnarū quas  
et ipas vestiuit auro. **E**ris quo-  
q; oblata sūt talenta septuaginta  
duo milia et quadringēti sy-  
cli ex quib; fuse sūt bases in  
ris mei. **C**umque confugeritis in  
urbes mittam pestilentiam in

medio viri: et tradidimus hostium  
manibus postquam confregero ha-  
culum panis viri. ita ut decem  
mulieres in vno ctibano coquant  
panes et reddat eos ad pondus  
et comedetis et non saturabimini.

**S**in autem nec per-  
her audieritis sed ambulaveri-  
tis contra me et ego incedam  
aduersum vos in furtae contris  
et corripiam vos septem plagis  
propter peccata vestra ita ut comedatis  
carnes filiorum et filiarum vestrarum  
Destruam exelsa vestra et simu-  
lachra confirmam. Cadetis in  
ruinas ydolorum vestrorum et ab-  
horabitur vos anima mea in  
tantum ut urbes vestras redi-  
gam in solitudinem et deserta  
faciam sanctuaria vestra nec  
recipiam odorem vultus suavis-  
simum: dissipam etiam vestram  
et stupebunt super ea inimici vestri  
cum habitatores illius fuerint.

**V**os autem dissipata in gentes  
et euaginato post vos gladium erit  
quod terra vestra deserta et ciuita-  
tes dirute. Tunc placebit terra sab-  
bata sua cunctis diebus solitudinis  
sue. Quando fueritis in terra hos-  
tili et requiescet in sabbatis solitudi-  
nis sue: eo quod non requieuit in sab-  
batis quoniam habitabatis in ea. Et  
qui de vobis remanserint dabo  
pauorem in cordibus eorum in re-  
gionibus hostium. Terrebit eos  
somnia folij volantis et ita fugi-  
ent quasi gladium. Cadent nul-  
lo sequente et corruent singu-

li super fratres suos quasi bella fu-  
gientes. Nemo vestrum in manus  
audebit resistere: peribitis in gentes  
et hostilis vos terra consumet.  
**Q**uod si de his aliqui re-  
manserint tabescent iniquita-  
tibus suis in terra inimicorum suorum  
et propter peccata patrum suorum et sua  
affligentur donec confiteantur in-  
iquitates suas et malorum suorum  
reuerentur quibus periclitati sunt  
in me et ambulauerunt ex aduerso  
michi. Ambulabo igitur et ego  
contra eos et inducam illos in  
terram hostilem donec erubescat  
inuentura mens eorum. Tunc ora-  
bunt pro impietatibus suis et in-  
cordabor fidei meae quod pepi-  
gi cum abraham et ysaac et ia-  
cob. Terre quoque memor ero.  
**Q**ue cum relicta fuit ab eis con-  
placebit sibi in sabbatis suis  
pariens solitudinem propter illos.  
Ipsi vero rogabunt pro peccatis suis  
eo quod abiecerint iudicia mea  
et leges meas desperaverint. At-  
tamen etiam cum essent in terra  
hostili non penitus abieci eos  
neque sic desperi ut consumerentur  
et irritum facerem pactum meum  
cum eis. Ego enim sum dominus deus  
eorum. Et recordabor fidei meae  
pristinam quando eduxi eos de  
terra egypti in conspectum gentium ut  
scerem deus eorum ego dominus deus.  
**H**ec sunt precepta atque iudicia  
et leges quas dominus dedit in  
se et in filios israel in monte sy-  
nai per manum moysi.

**L**ocus **Capituli. xxvii.**  
 ¶ est dñs ad moysen di-  
 cens **L**oque filiis isrl' et dices ad  
 eos homo qui votū fecerit ⁊ spo-  
 spondeit deo aiām suam sub esti-  
 macione dabit p̄ciū. **S**i fuerit  
 masculus a vicesimo āno usq;  
 ad sexagesimū ānū dabit q̄n-  
 quaginta siclos argēti ad men-  
 suam sanctuarij. **S**i mulier t̄gūta  
 a quinto autem anno usq; ad  
 vicesimū masculus dabit vigi-  
 ti siclos femina autem decem.  
**A**b uno mense usq; ad ānū  
 quātū pro masculo dabūt̄ q̄nq;  
 sicli pro femina tres. **S**exage-  
 narius et ult̄ masculus dabit  
 quidecim siclos femina decem.  
**S**i paup̄ fuerit ⁊ estimacionem  
 redde non valebit. stabit corā  
 sacerdote ⁊ q̄ntū ille estimauerit  
 et videit eum posse redde tan-  
 tū dabit. **A**nimal autem quod  
 imolari potest dño si quis vo-  
 uerit sc̄m eēt et mutari non  
 potest id ē nec melius malo  
 nec peius bono. **Q**uod si muta-  
 uerit et ipm̄ quod mutatum est  
 et illud pro quo mutatum est  
 cōsecratum erit dño. **A**nimal  
 imūdu quod imolai dño non  
 potest. si quis vouerit adducet̄  
 ante sacerdotem. **Q**ui diuidicās  
 utrū bonū an malū sit statuit  
 p̄ciū. **Q**uod si daret voluerit is  
 qui offert addet sup̄ estimaci-  
 onem q̄ntam ptem.  
**H**omo si vouerit domū suam  
 et sacrificauit dño cōsiderabit  
 eam sacerdos utrū bona an ma-

la sit. et iuxta p̄ciū quod ab eo  
 fuit cōstitutum venūdabit. **S**i  
 autē ille qui vouerit voluerit re-  
 dime eam dabit quātam ptem  
 estimacionis sup̄. et habebit do-  
 mū. **Q**uod si agrū possessionis  
 sue vouerit ⁊ cōsecrauerit dño  
 iuxta mensuram sementis esti-  
 mabit p̄ciū. **S**i t̄gūta modijs  
 ordei serit t̄ra quinquaginta siclis  
 vendet̄ argēti. **S**i statim ab āno  
 incipientis iubilei vouit agrū  
 quāto vale potest tanto estima-  
 bit. **S**i autem post aliquantū  
 t̄pis. supputabit sacerdos pecuniā  
 iuxta annorū qui reliqui sūt nu-  
 meri usq; ad iubileum ⁊ det̄het̄  
 ex p̄cio. **Q**uod si voluerit redime  
 agrum ille qui vouerat addet  
 quātam ptem estimate pecūe  
 et possidebit eum. **S**i autē no-  
 luerit redime s; alteri cuiuslib; fue-  
 rit venūdatus ult̄ eum qui vo-  
 uerat redime nō potest quia  
 cū iubilei uenit dies sancti-  
 ficatus erit domino ⁊ possessio  
 cōsecrata ad ius ptinet sacra-  
 dotum. **S**i ager emptus et nō  
 de possessioe maiore sacrificatus  
 fuerit domino supputabit sacerdos  
 iux̄ ānorū nūm usq; ad iubileū  
 p̄ciū ⁊ dabit ille qui vouerit  
 eū dño. **I**n iubileo autem reu-  
 tet̄ ad p̄orem dñm qui vendi-  
 derat eū ⁊ habueat in sorte  
 possessionis sue. **O**m̄s estima-  
 cio siclo sanctuarij pondera-  
 bit. **S**iclus viginti obulos habet

**P**rimogenita que ad  
 dñm ptinent nemo sanctificare  
 poterit & uouere siue bos siue  
 ouis fuit. dñm sūt. Quod si inuē  
 dum est aīal redimet qui obtu  
 lit iuxta estimationem suam  
 et addet quintam ptem pñi. Si  
 redime noluerit vendet alteri  
 quicūq; ante fuit estimatum  
 Omne quod dño consecrat siue  
 hō fuit siue aīal siue ager non  
 vendet nec redimi poterit. Qui  
 quid semel fuit cōsecratū sūm  
 sūm dñm dñm dñm et omnis con  
 secratio q̄ offert ab hōie nō redi  
 met: s; morte moiet. Omnes  
 decime tēz siue de frugibus si  
 siue de pomis arborū dñm sūt &  
 illi sanctificant. **S**i q̄s  
 autem uoluerit redime decimas  
 suas addet quintam ptem earū  
 om̄ decimarū. **B**ovis & ouis et  
 capre que sub pastoris uīga tñse  
 unt quicquid decimū sūficabit  
 dño. s; eliget bonū nec ma  
 lū nec altero cōmutabit. Si  
 quis mutauerit et quod muta  
 tū est et pro quo mutatu est  
 sūficabit dño & nō redimetur.  
 hec sūt p̄cepta que manda  
 uit dñs moysi ad filios isrl  
 in mōte synai.

**Explicit liber leuiticus. Inopi  
 unt capla libri numeri**

- D**e leuitis numerandis
- D**e castris cōstituendis
- P**rogemes aaron.
- L**euite obsequio aaron dati
- L**euitas pro p̄mogenitis

- isrl datos
- N**umerus leui  
 tarū
- C**onsideracio p̄mo  
 gentorū
- R**edemptio  
 p̄mogenitorū pro leuitis.
- D**e seruitio filiorū chaad
- L**euitas a viginti q̄q; aīis  
 usq; ad quinquagesimum minist  
 rare
- D**e seruitio filiorū  
 gerson
- D**e seruitio filiorū  
 merari
- U**bi leprosi eici  
 ūt
- D**e p̄cis negligencie
- P**rimicias sacerdotū eē
- D**e zelotipis
- Q**ui .. votum uouit castitatis
- U**bi deus iubet quom̄  
 benedicat filij isrl
- P**incipes uehicula offentes
- M**unera p̄cipū.
- H**ic dedicatio
- D**e can  
 delabro
- D**e purifica  
 tione leuitarū
- D**e p̄mo  
 gentis
- L**euitarū or  
 dinacio
- Q**uo tempore  
 etatis et usq; quo leuite i tab  
 naclo deseruiant
- D**e pascha
- D**e in  
 mūdis qui pascha celebrare  
 nō potuerūt
- Q**uomō  
 do promoueat
- D**e  
 cubis ductilib9
- P**ro  
 fectio p̄ma a mōte synai
- C**ognatio suo moyses profi  
 cisci serū suadet
- U**bi  
 marmurat popul9 & igne p  
 cussus comburūt
- D**esideria carnū et peporum  
 & reparū
- D**e man  
 na
- M**oyses ad dñm  
 pro carnibus loquitur

**D**e septuaginta senioribus qui accipiunt de spiritu moysi

**M**aria et aaron aduersum moysen murmurant

**U**bi misit moyses confidare terra et de botro et malo granatis

**M**oyses satis facit populo

**U**bi murmurauit synagoga aduersus dominum et vindictam sumpserunt et comminatio quod memore moriturum essent a viginti annis et super

**U**bi moriuntur qui terre detrauerunt exploratores

**U**bi populus motum ascendente prohibetur ad amalech

**D**e precepto sacrificiorum

**D**e peccatis confessionum

**S**ynagoga si volens peccauit

**D**e peccato superbia

**D**e eo qui collegit sabbato lignum

**D**e chore et dathan et abyron

**D**e aruis et thuribus

**D**e virgibus que floruerunt

**D**ominus ad aaron de sacrificiis et leuitis loquitur

**D**e porcionibus sacerdotum que sunt ex oblationibus populi

**D**e sacerdotibus et leuitis

**D**ecimas debent dare leuitas ex decimis suis

**D**e purificatione aque sparsionis et mortuum tangentibus et mortuus et aqua sparsionis

**M**aria defuncta

**D**e aqua contradictionis

**U**bi non est populus admissus transire a filiis edom

aaron moritur

**U**bi populus deo chananeum deuouit

**D**e serpente eneo

**U**bi dominus aquam de puteo dedit filiis israel et de cantico quod est super eum dictum

**P**opulus israel pugnauit contra regem moab et seon et regem basan et expugnauit eos

**D**e balach et balaam

**D**e asina locuta

**U**bi populus fornicat

**R**inces adultos inficit

**N**umerus leuitarum

**Q**uibus terra diuidi iubetur

**D**e numero filiorum leui

**U**bi filii zalphaad pro hereditate moysen impellunt

**D**e successione hereditatis

**U**bi moyses ascendente in montem iubetur

**U**bi ihesus a domino destinatus ad duratum

**D**e sacrificiis agnorum

**S**acrificium sabbati

**S**acrificium nemie

**S**acrificium pasche

**S**acrificium nouarum frugum penthecosten

**S**acrificium mensis septimi

**D**e ieiunio et sacrificio mensis septimi

**S**acrificium tabernaculorum in mense septimo

**D**e voto complendo

**D**e voto femine

**D**e vindicta in madianitis

**U**bi moyses indignatus propter madianitas

**D**edi



uisionibus p̄ de madianitarum

**U**bi ps̄ p̄li hereditatem q̄rit

**I**tinera populi

**D**e ycolis cōfirmendis

**D**eserte possessiones

**N**omina principum  
qui parituri erant terram.

**P**recepta ad p̄tm ut  
dent leuitis ciuitates & subu-  
bana

**D**e ciuitati-  
bus refugii

**D**e for-  
mfectis

**D**e for-  
tutu et absq̄ odio quis p̄usse  
rit proximum suū

**D**e filiabus zalphaad ut pri-  
mis nubant. *Explicuit capla.*

*Incipit liber qui hebraice dicitur  
uaidaber id ē numeri. Ca. 1.*



**N**atus est dom-  
nus ad moy-  
sen in deser-  
to synai i  
tabnaculo  
federis p̄  
ma die  
mensis sc̄di  
m̄ et anno

altero egressiois eorum ex egi-  
pto dicens Tolle summam uniuersae  
congregationis filiorum israel p̄  
cognationes et domos suas &  
nomina singulorum quidquid sexus  
est masculini a vicesimo anno et  
sup̄ om̄m viros forcū ex israel  
& numerabitis eos p̄ turmas  
suas tu et aaron eruntq̄ uo-  
bistū principes tribuum ac domo-  
rum in cognationibus suis: q̄z  
ista sūt nom̄a De ruben elisur

filii sedur De symeon sala-  
miel filius surisaddai De iuda  
naason filius aminadab De  
ysachar nathanahel filius suar  
De Zabulon heliab filius helom  
filiorum autē ioseph de ephraim  
elisama filius anniud De ma-  
nasse gamahel filius phada-  
sur De beniamin abidan fili-  
us gedecoms De dan abiezer  
filius ammi saddai De aser  
phezibel filius ochram De  
gad heliasap filius duel De  
neptalim achua filius henan  
Hij nobilissimi principes multi-  
tudinis p̄ tribus et cognationes  
suas et capita excitus israel  
quos tulerunt moyses et aa-  
ron cū omni vulgi multitu-  
dine et congregauerunt p̄mo die  
mensis secundi recensentes eos  
p̄ cognationes & domos et fami-  
lia et capita et nomina singu-  
lorum a vicesimo anno et supra  
sicut p̄parat dñs moysi nume-  
ratiq̄ sūt in deserto synai. de  
ruben p̄mogenito israel p̄ gna-  
tiones et familias ac domos  
suas et nomina capita singu-  
lorum om̄e quod sexus est mas-  
culini a vicesimo anno et sup̄  
p̄cedentiū ad bellū quadragi-  
ta sex milia quingenti De filiis  
symeon p̄ gnationes et fa-  
milias ac domos cognationū  
suar. recensiti sūt p̄ nomina  
et et capita singulorum om̄e qd̄  
sexus est masculini a vicesimo  
anno et sup̄ p̄cedentiū ad bel-  
lum quinquaginta nouem milia  
trecenti De filiis gad p̄ gna-  
tiones et familias ac domos

cognationū suarū recensiti sūt  
 p̄ noīa singulorū a viginti ānis  
 et sup̄ omēs qui ad bella pro  
 ceiderent quadraginta quinq; mi  
 lia sexcenti quinquaginta de filiis  
 iuda p̄ gnaciones & familias  
 ac domos cognationū suarū  
 p̄ noīa singulorū a vicesimo  
 anno et sup̄ omēs qui pote  
 rant ad bella procedē recensiti  
 sūt septuaginta quatuor mi  
 lia sexcenti De filiis ysachar  
 p̄ gnaciones et familias ac  
 domos cognationū suarū per  
 noīa singulorū a vicesimo ā  
 no et sup̄ omēs qui ad bella  
 procederent recensiti sūt q̄n  
 quaginta quatuor milia qua  
 dringenti De filiis Zabulon  
 p̄ gnaciones & familias ac do  
 mos cognationū suarū recen  
 siti sūt p̄ noīa singulorū a vice  
 simo anno & supra omēs q̄  
 poterant ad bella procedē q̄n  
 quaginta septem milia quodrin  
 genti De filiis Joseph filiorū  
 effraim p̄ gnaciones & fami  
 lias ac domos cognationū  
 suarū recensiti sūt p̄ nomina  
 singulorū a vicesimo anno &  
 sup̄ omēs qui poterant ad bel  
 la procedere: quadraginta mi  
 lia quingenti Porro filiorū ma  
 nasse p̄ gnaciones & familias  
 ac domos cognationū suarū  
 recensiti sūt p̄ noīa singulorū  
 a viginti ānis & sup̄ omēs q̄  
 poterant ad bella procedere  
 triginta duo milia ducenti De  
 filiis beniamin p̄ gnaciones

et familias ac domos cognatio  
 num suarū recensiti sūt nomib; **N**  
 singulorū a vicesimo āno & sup̄  
 omēs qui poterant ad bella pro  
 cede triginta quinq; milia quadri  
 genti De filiis dan p̄ gnaciones  
 et familias ac domos cognatio  
 nū suarū recensiti sūt p̄ noīa  
 singulorū a vicesimo āno et sup̄  
 omēs qui poterant ad bella pro  
 cede sexaginta duo milia sep  
 tingenti De filiis aser p̄ gnacio  
 nes & familias ac domos cog  
 nationū suarū recensiti sūt per  
 noīa singulorū a vicesimo āno  
 et sup̄ omēs qui poterant ad bel  
 la procedē quadraginta milia  
 et mille quingenti De filiis nep  
 talim p̄ gnaciones & familias  
 ac domos cognationū suarū  
 recensiti sūt nominib; singu  
 lorū a vicesimo āno & sup̄ oēs  
 qui poterant ad bella procedē  
 quinquaginta tria milia quadrim  
 genti **H**is sūt quos numerave  
 rit moyses et aaron & duo  
 decim principes isrl̄ singulos  
 p̄ domos cognationū suarū  
 fuerunt omēs filiorū isrl̄ p̄  
 domos & familias suas a vice  
 simo āno et sup̄ qui poterant  
 ad bella procedē sexcenta tria  
 milia vno; quingenti quinqu  
 ginta leuite autē in tribu fami  
 liarū nō sūt numerati cū eis  
**L**ocutus q; ē dñs ad moysen di  
 cens Tribum leui noli nume  
 rare neq; ponas sumam eorū  
 cū filiis isrl̄: sed constitue eos  
 sup̄ tabernaculum testimonij  
 Cuncta vasa eius & quidquid

ad ceremonias pertinet ipsi portabunt tabernaculum et omnia vasa eius et erunt in ministerio ac per gyrum tabernaculi metabuntur. Cum proficiscendum fuerit deponet leuite tabernaculum cum castris metanda erigent. Quis eximior accesserit occidet. Metabuntur autem castra filii israel unusquisque per turmas et caues ob atque exercitu suum. Porro leuite per gyrum tabernaculi figent tentoria ne fiant in indignatione super multitudinem filiorum israel: et exstabunt in custodia tabernaculi testimonij. fecerunt ergo filii israel iuxta omnia que precepit dominus moysi.

**L**ocutus est dominus ad moysen dicens. Singuli per turmas suas signa atque vexilla et domos cognationum suarum et metabuntur filii israel per gyrum tabernaculi fedis ad orientem iudas figent tentoria per turmas exercitus sui. eritque princeps filiorum eius naasson filius aminadab et omnis de stirpe eius summa pugnatorum septuaginta quatuor milia sexcenti. Iuxta eum castra metabunt de tribu ysachar quorum princeps fuit nathanael filius suar et omnis numerus pugnatorum eius quinquaginta quatuor milia quadringenti. In tribu Zabulon princeps fuit hehab filius helon. Omnis de stirpe eius exercitus pugnatorum quinquaginta septem milia quadringenti. Uniuersi qui in castris iudee anumerati sunt

fuerunt centum octoginta sex milia quadringenti: et per turmas suas primum egredientur. In castris filiorum ruben ad meridianam plagam erit princeps helisur filius sedeur: et cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt quadraginta sex milia quingenti. Iuxta eum castra metati sunt de tribu symeon quorum princeps fuit samahel filius suri saddai et cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt quinquaginta nouem milia trecenti. In tribu gad princeps fuit heliasaph filius duel et cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt quadraginta quatuor milia sexcenti quinquaginta. Quis qui recensiti sunt in castris ruben centum quinquaginta milia et mille quadringenti quinquaginta per turmas suas in secundo loco proficiscuntur. Leuabitur autem tabernaculum testimonij per officia leuitarum et turmas eorum. Quo modo erigetur ita et deponetur. Singuli per loca et ordines suos proficiscuntur ad occidentalem plagam erunt castra filiorum ephraim quorum princeps fuit helisama filius amud: cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt quadraginta milia quingenti. Et cum eis tribus filiorum manasse quorum princeps fuit gamaliel filius phadasur: cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt triginta duo milia ducenti. In tribu filiorum beniamin princeps fuit abydan filius

**Ma**

gedcomis et cunctus exercitus pug-  
natorum eius qui recensiti sunt et  
ginta quinq; milia quadringenti. **O**es  
qui numerati sunt in castris  
ephraym centum octo milia ce-  
tum per turmas suas etiam profi-  
ciantur. **A**d aquilonis partem cas-  
tra metati sunt filii dan quorum  
princeps fuit abrezet filius amif-  
sadi. **C**unctus exercitus pugna-  
torum eius qui numerati sunt  
sevaginta duo milia septingenti.  
**I**uxta eum stabere tentoria de-  
beniamin: quorum princeps fuit  
pheziel filius ochran. **C**unctus  
exercitus pugnatorum eius qui nu-  
merati sunt quadraginta milia  
et mille quingenti. **D**e beniamin  
filio rephaim princeps fuit aby-  
ra filius henan. **C**unctus exer-  
citus pugnatorum eius quinquaginti  
tria milia quadringenti. **O**mnes  
qui numerati sunt in  
castris dan fuerunt centum quinq;  
ginta septem milia sexcenti  
et nouissimi proficiantur. **H**ic  
numerus filiorum per domos cog-  
nationum suarum et turmas di-  
uisi exercitus: sexcenta et mi-  
lia quingenti quinquaginta. **L**e-  
uite autem non sunt numerati  
nisi filios israel. **S**ic enim precepit  
dominus moysi: feceruntque filii israel  
iuxta omnia que mandauerat  
dominus: castra metati sunt per tur-  
mas suas et profecti per fami-  
lias ac domos patrum suorum.

**H**ec sunt **Capitulum .iii.**  
generationes aaron et  
moysi in die qua locutus est dominus ad  
moysen in monte synai: et hec  
nomina filiorum aaron primogeni-  
tus eius nadab abin et eleazar  
et ythamar. **H**ec nomina  
filiorum aaron sacerdotum qui be-  
ti sunt et quorum replete sunt  
et consecrate manus ut sacerdotio  
fungerentur. **A**sortui sunt nadab  
et abin cum offerrent ignem alie-  
num in conspectu domini in deserto sy-  
nai absque libis sanctis: sunt sac-  
erdotes eleazar et ythamar coram  
aaron patre suo. **L**ocutus  
est dominus ad moysen dicens ap-  
plicamur tibi leui et fac stantem  
in conspectu aaron sacerdotis ut mi-  
nistrent ei et excubent et  
obseruent quicquid ad altarium  
pertinet multitudinis coram taberna-  
culo testi monij ut custodiant  
vasa tabernaculi seruientes in  
ministerium eius dabisque dono  
leuitas aaron et filiis quibus  
traditi sunt a filiis israel. **A**aaron  
autem et filios eius constitues super  
altarium sacerdotum exterius qui ad  
ministerium accesserit mori-  
etur. **L**ocutusque est dominus  
ad moysen dicens Ego tuli le-  
uitas a filiis israel pro omni  
primogenito qui aperit vuluam  
in filiis israel: eruntque leuite mei  
quoniam est enim omne primogeni-  
tum ex quo percussi primogeni-  
tos in terra egypti sanctificavi

michi quidquid p̄mū nascitur  
 in isrl' ab homine usq; ad pecus  
 mei sūt ego dñs. **L**ocutus est  
 dñs ad moysen in deserto sy  
 nai dicens. **N**umera filios leui  
 p̄ domos patrū suor et fami  
 lias. omne masculinū ab uno  
 mense et sup̄. **N**umeravit moy  
 ses ut p̄cepit dñs et inuenti sūt  
 filij leui p̄ noīa sua gerson &  
 caath & merari. filij gerson  
 leui & semei. filij caath amram  
 & gessaar hebron & ozihel filij  
 merari mooh & musi. **D**e ger  
 son fuere familie due. leui  
 tica & semeitica. **Q**uarū nu  
 meratus est p̄plus sexus mas  
 culini ab uno mense et sup̄ sep  
 tem milia quingenti. **H**ij post  
 tabnaculū metabūt ad occi  
 dentē sub p̄ncipe helyasaph filio  
 iahel et habebūt excubias in  
 tabnaculo federis ip̄m tabnacu  
 lum & opimentū eius. tentori  
 um quod trahit ante fores ter  
 ti federis et cortinas atrij. ten  
 toriū quoq; quod appendit in  
 introitu atrij tabnaculi. & quitq̄  
 ad ritum altaris p̄tinet. funes  
 tabnaculi et omnia utensilia eius.  
**C**ognatio caath habebit popu  
 los amramitas & iessaaritas &  
 hebronitas & ozielitas.  
**H**ec sūt familie caathitarū re  
 censiti p̄ noīa sua. omnes gene  
 ris masculini ab uno mense &  
 supra octo milia sexcenti. **H**a  
 bebūt excubias sanctuarij et  
 cast̄ metabūt ad meridianā

plagam p̄nceps q; eorū erit eli  
 sapham filius ozihel et custodi  
 ent archam. mensamq; & can  
 delabz altaria et vasa sc̄uarij  
 in quib; ministrat & velum  
 cūctamq; huiusmodi suppel  
 lectilem. **P**riniceps autē p̄  
 cipim leuitarū eleazar filius  
 aaron sacerdotis erit sup̄ ex  
 cubitoēs custodie sc̄uarij. **A**t  
 vero de merari erūt ppli moo  
 lite & musite recensiti p̄ no  
 mina sua. **D**ñs generis mas  
 culini ab uno mense et sup̄ vi  
 milia ducenti. **P**riniceps eorū  
 surihel filio abiahel et in  
 plaga septentrionali cast̄  
 metabūt. **E**rūt sub custodia  
 eorum tabule tabnaculi et  
 vectes et columpne ac bases  
 earū et omnia q̄ ad cultū huius  
 modi p̄tinet. **C**olumpneq;  
 atrij p̄ circuitū cū basibus suis  
 et pagilli cū funib; **C**astra  
 metabūt ante tabnaculū federis  
 id ē ad orientalem plagam  
 moyses et aaron cū filiis suis  
 habebūt custodia sc̄uarij in me  
 dio filiorū isrl'. **Q**uisquis ahe  
 nus accessit moiet. **O**mnes  
 leuite quos numerauerūt moy  
 ses et aaron iuxta p̄ceptū  
 dñi p̄ familias suas in gene  
 masculino a mense uno et  
 sup̄. fuerūt xx. duo milia.  
**E**t ait dñs ad moysen  
**N**umera p̄mo gemitos sexus  
 masculini de filiis isrl' a me  
 se uno et supra. & habebis

sumam eorum **T**ollesque leuitas  
 michi pro omni primogenito fi-  
 liorum israel ego sum dominus et peco-  
 ra eorum pro vniuersis primogeni-  
 tis pecorum filiorum israel **R**ecensuit  
 moyses sicut precepit dominus primo-  
 genitos filiorum israel et fuerunt  
 masculi pro noia sua a mese  
 uno et super. viginti duo milia  
 ducenti septuaginta tria **L**o-  
 cutusque est dominus ad moysen di-  
 cens **T**olle leuitas pro primoge-  
 nitis filiorum israel et pecora le-  
 uitarum pro pecoribus eorum erunt  
 que leuite mei ego sum dominus  
**I**n principio autem ducentorum sep-  
 tuaginta tria homines qui excedunt numerum  
 leuitarum de primogenitis filiorum  
 israel accipies quique siclos pro sin-  
 gula capita ad mesuram sanctam  
 177 Siclus habet oculos viginti  
**D**abisque pecuniam aaron et  
 filiis eius pro eis eorum qui super  
 sunt **T**ulit igitur moyses pecuni-  
 am eorum qui fuerant amplius  
 et quos redemerat a leuitis  
 pro primogenitis filiorum israel mil-  
 le trecentorum sexaginta quique  
 siclorum iuxta pondus sanctam  
 et dedit eam aaron et filiis  
 eius iuxta verbum quod precepit  
 sibi dominus **Capitulum. iij.**  
**L**ocutusque est dominus ad  
 moysen et aaron dicens  
**T**ollite summam filiorum caath  
 de medio leuitarum pro domos  
 et familias suas a tresimo  
 anno et super usque ad quinquage-  
 simum annum omnium qui ing-

diunt ut stent et ministrent in  
 tabernaculo fedis **H**ic est cultus  
 filiorum caath **T**abernaculum fedis  
 et sancti sanctorum ingredientur aaron et  
 filii eius qui mouenda sunt castella  
 et deponent velum quod pendet  
 ante fores **I**nuoluentque archam  
 testimonij et operient rursus  
 velamine iacinctinarum pellium  
 extendentque desuper pallium totum  
 iacinctinum et induent nectes  
 mensam quoque propositiois inuol-  
 uent iacinctino pallio et ponent  
 cum ea thuribula et mortariola  
 riatos et cintheras ad liba fun-  
 denda **P**anes semper in ea erunt  
 extendentque desuper pallium coti-  
 nent quod rursus operient ve-  
 lameto iacinctinarum pellium et in-  
 duent vectes **S**ummetque et pal-  
 lium iacinctinum quo operient rante  
 labrum cum lucinis et forcipibus  
 suis et omninoque et cunctis  
 vasis olei que ad corroborandas  
 lucernas necessaria sunt et super omnia  
 ponent opimentum iacinctinarum  
 pellium induentque vectes **S**ec-  
 no et altare aureum inuoluent  
 iacinctino vestimeto et extendent  
 desuper opimentum iacinctinarum  
 pellium induentque vectes **D**ia  
 vasa quibus ministrat in sac-  
 tuario inuoluent iacinctino pal-  
 lio et extendent desuper opi-  
 mentum iacinctinarum pellium  
 induentque vectes **S**ed et altare  
 mundabunt cinere et inuoluent  
 illud purpureo vestimeto po-  
 nentque cum eo omnia vasa quibus  
 in ministerio eius vtiuntur

id est ignium receptacula fuscina-  
 las ac tridentes uncinos et ba-  
 cillos Cuncta vasa altaris opient  
 simul velamine iacinctinaz pel-  
 lium et inducet vectes Cumque  
 uoluerint aaron et filij eius sac-  
 tuarium et omnia vasa eius in co-  
 muncione castrorum tunc introibunt  
 filij caath ut portent iuoluta et  
 non tangant vasa sanctuarij ne-  
 moriantur. Ita sunt opa filiorum  
 caath in tabernaculo federis. Super  
 quos erit eleazar filius aaron  
 sacerdos ad cuius pertinent curam  
 oleum ad cocinmandas lucer-  
 nas et opositionis incensum et  
 sacrificium quod semper offertur et  
 oleum unctionis et quicquid ad  
 cultum tabernaculi pertinet omnesque  
 vasorum que in sanctuario sunt.  
 Locutusque est dominus ad moysen et  
 aaron dicens. Nolite perdere po-  
 pulum caath de medio leuitarum: sed  
 hoc facite eis ut uiuant et non  
 moriantur si tetigerint sancta sanctorum  
 aaron et filij eius intrabunt  
 ipsique disponent onera singu-  
 lorum et diuident quid portare  
 quis debeat alij nulla curiosi-  
 tate videant que sunt in sanctuario  
 prius quam inuoluantur. alioquin  
 morientur. Locutus est dominus ad moy-  
 sen dicens. Tolle summam eorum  
 filiorum gerson per domos et fa-  
 milias ac cognationes suas  
 a triginta annis et super usque ad an-  
 nos quinquaginta et numerata  
 omnes qui ingrediuntur et minist-  
 rant in tabernaculo federis. hoc

est officium familie gersonitarum  
 ut portent cortinas tabernaculi  
 et lectum federis opimentum aliud  
 et super omnia velamen iacincti-  
 num. tentoriumque quod pendet  
 introitu tabernaculi federis cor-  
 tinas atrij et uelum introi-  
 tu quod est ante tabernaculum.  
 Omnia que ad altare pertinent  
 funiculos et vasa ministerij  
 iubente aaron et filius eius  
 portabunt filij gerson: et scient  
 singuli cui debebant oneri  
 mancipia. Hic est cultus fami-  
 lie gersonitarum in tabernaculo fe-  
 deris. Et utque sub manu ytha-  
 mar filij aaron sacerdotis  
 Filios quoque merari per fami-  
 lias et domos patrum suorum  
 recensetis a triginta annis et su-  
 pra usque ad annos quinquaginta  
 omnes qui ingrediuntur ad offi-  
 cium ministerij sui et cultum  
 federis testimonij. Hec sunt  
 onera eorum portabunt tabulas  
 tabernaculi et vectes eius colu-  
 nas et bases eorum. columpnas  
 quoque atrij per circuitum cum basi-  
 bus suis et parillis et funibus  
 Omnia vasa et suppellectilem  
 ad numerum accipient: sicque por-  
 tabunt. hoc est officium familie  
 meraritarum et ministerium in ta-  
 bernaculo federis eruntque sub ma-  
 nu ythamar filij aaron sac-  
 dotis. Recensuerunt igitur moy-  
 ses et aaron et principes syna-  
 goge filios caath per cognationes

et domos patrum suorum a triginta  
 annis et super usque ad annum  
 quinquagesimum omnes qui ingre-  
 diuntur ad ministerium tabernaculi  
 fedis et iuuenti sunt duo mi-  
 lia septingenti quinquaginta hic  
 est numerus populi cuath qui in-  
 trant tabernaculum fedis hos nume-  
 rauit moyses et aaron iuxta  
 sermonem domini per manum moy-  
 si **N**umerati sunt et filii ger-  
 son per cognationes et domos  
 patrum suorum a triginta annis et  
 super usque ad annum quinquagesi-  
 mum omnes qui ingrediuntur ut  
 ministrent in tabernaculo fedis  
 et iuuenti sunt duo milia septe-  
 ti triginta hic est populus ger-  
 sonitarum quos numerauerunt  
 moyses et aaron iuxta uerbum  
 domini **N**umerati sunt et filii  
 merari per cognationes et do-  
 mos patrum suorum a triginta annis  
 et super usque ad annum quinquagesi-  
 mum omnes qui ingrediuntur ad  
 explendos ritus tabernaculi fede-  
 ris et iuuenti sunt tria milia  
 ducenti hic est numerus filiorum  
 merari quos recensuerunt moyses  
 et aaron iuxta imperium domini per  
 manum moysi **O**mnes qui recensiti  
 sunt de leuitis et quos fecit transire  
 ad nomen moyses et aaron et  
 principes israel per cognationes et  
 domos patrum suorum a triginta  
 annis et super usque ad annum qui-  
 nquagesimum ingredienti ad mi-  
 nisterium tabernaculi et onera por-  
 tanda fuerunt simul octo mi-

lia quingenti octoginta iuxta uerbum  
 domini recensit eos moyses unumque  
 per iuxta officium et onera sua: sic  
 precepit ei dominus **Capitulum v.**  
**L**ocutus est dominus ad moysen  
 dicens **P**recepte filiis israel  
 ut erant de castris omnem lepro-  
 sum et qui semine fluit polluto  
 quod est super mortuo **T**am masculam  
 quam feminam eicite de castris  
 ne contaminent ea cum habitauerint  
 uobiscum feceruntque ita filii israel  
 et eiecerunt eos extra castra sicut  
 locutus est dominus moysi **L**ocu-  
 tus est dominus ad moysen dicens  
 loque ad filios israel **U**ir siue  
 mulier cum fecerit ex omnibus pec-  
 catis que solent hominibus accidere et  
 per negligentiam transgressi fuerint  
 mandatum domini atque deliquerint:  
 confitebuntur peccatum suum et reddent  
 ipsum caput quantumque partem desuper  
 ei in quem peccauerunt **S**imul  
 non fuit qui recipiat dabitur domino  
 et erunt sacerdotibus excepto arietem  
 qui offertur pro expiatione ut  
 sit placabilis hostia **O**mnes  
 quoque primitie quas offerunt filii  
 israel ad sacerdotem pertinent et quod  
 quid in sanctuarium a singulis of-  
 fertur et traditur manibus sacerdo-  
 tis ipsius erit **L**ocutus est do-  
 minus ad moysen dicens **L**oque  
 ad filios israel et dices ad eos  
**U**ir cuius uxor errauerit mari-  
 tumque contempnens dormierit cum  
 alio uero et hoc marito dephete-  
 rare nequuerit sed latet adul-  
 terium et testibus argui non potest



quia non est iuenta in stupro. si  
 spūs zelotypie cōritauerit virū  
 cōt̄ vrozem suam que vel polluta  
 ē vel falsa suspitione appetitur  
 adducet eam ad sacerdotem et of-  
 feret oblationem pro illa deci-  
 mam ptem sati farine hordea-  
 ce. Non fundet sup eam oleū  
 nec iponet thūs quia sacrificium  
 zelotypie est ⁊ oblatio inuestigat̄  
 adulterium. Offeret igit̄ eam sac-  
 dos et statuet coram dño. assumet  
 q̄ aquam scām in vase fictili ⁊  
 paucillū t̄re de pavimento tab-  
 naculi mittet in eam. Cūq; ste-  
 terit mulier in cōspū dñi. disco-  
 opiet sac̄dos capud eius: ⁊ ponet  
 sup manū illius sacrificiū recorda-  
 tiōnis et oblationem zelotypie.  
**I**p̄e aut̄ tenebit aquas amarissi-  
 mas in quibus cū exsecratione  
 maledicta cōgessit adiurabitq;  
 eam ⁊ dicit. Si nō dormiuit vir  
 alienus tecum et si nō polluta es  
 deſto mariti thoro nō te nocē-  
 bunt aque iste amarissime in quibus  
 maledicta congeſſi. Si autē  
 declinaſti a viro tuo atq; pollu-  
 ta es et cōtubuisti cū altero viro  
 hijs maledictionibus subiacebis  
 det te dñs in maledictionem  
 exemplūq; cūctorū in plō suo.  
**P**utrescere faciat femur tuum  
 et tumens vterus tuus distūpat̄.  
**I**ngrediant̄ aque maledicte in vē-  
 trem tuū: et ex vterō tumesten-  
 te putrescat fem̄ tuū ⁊ responde-  
 bit mulier. amen amen. Scribit  
 q̄ sacerdos in libello ista maledic-

ta et delebit ea aquis amaris-  
 simis in quas maledicta cōgessit  
 et dabit ei bibē. Quas cū exhau-  
 sit tollet sacerdos de manu eius sac-  
 ficiū zelotypie et eleuabit corā  
 domino imponetq; sup altare: ita  
 dumtaxat ut p̄us paucillū sacfi-  
 cii tollat de eo quod offert ⁊ i-  
 cendat sup altare ⁊ sic potum det  
 mulieri aquas amarissimas.  
**Q**uas cū bibit si polluta ē et  
 cōtempto viro adulterij rea p-  
 trisibit eam aque maledictio-  
 nis. ⁊ inflato ventre cōputres-  
 cet femur eritq; mulier in male-  
 dictione ⁊ in exemplū omni  
 populo. Quod si polluta non  
 fuit erit innoxia ⁊ faciet libe-  
 ros. **I**sta est lex zelotypie. Si de-  
 clinauerit mulier a viro suo ⁊  
 si polluta fuit maritusq; zelo-  
 typie spū concitatus adduxit  
 eam in cōspū dñi et fecerit ei  
 sacerdos iuxta omnia q̄ scripta sūt  
 marito absq; culpa eius ⁊ illa  
 recipiet iniquitatē suam.

**L**ocus est **Capitulum. vi.**  
 dñs ad moysen dicens  
 loque' ad filios isrl' et dices  
 ad eos vir siue mulier cū fe-  
 rerit votū ut sacrificent' et se  
 voluerint dño cōsecrē vino ⁊  
 omni quod mebare potest ab-  
 stinebūt acetū ex vino et ex  
 qualib; alia porione et quid  
 quid de vua expmit' nō bibēt.  
**Q**uas recentes siccās q; nō  
 comedent cūctis diebus quibus  
 ex voto dño cōsecrant'. **Q**uid  
 quid ex vinea esse potest

ab uua passa usque ad acinū non comedentur omni tempore sepacionis sue. **N**ouacula non transibit super caput eius: usque ad completum diem quo dominus consecrat. **S**cutus eius crescente cesarie capitis eius. **O**mnino tempore consecrationis sue super mortuum non ingredietur nec super patris quidem et matris et fratris sororisque fune contaminabitur quia consecratio dei sui super caput eius est. **O**mnes dies sepacionis sue factus est dominus. **S**icut autem mortuus fuit subito quispiam coram eo polluetur caput consecrationis eius. **Q**uod radet ilico in eadem die purgationis sue et rursum septima. **I**n octavo autem die offeret duos turtures vel duos pullos colube sacerdoti in introitu federis testimonium facietque sacerdos unum pro peccato et alter in holocaustum et deprecabitur pro eo quia peccauit super mortuo. **S**anctificabitque caput eius in die illo et consecrabit dominus dies sepacionis illius. offerens agnū amniculū pro peccato ita tamen ut dies pores uirili fiat quomodo polluta est sanctificatio eius. **I**sta est lex consecrationis. **C**um dies quos ex voto decreuerat complebitur adducet eum ad ostium tabernaculi federis. et offeret oblationem eius dominus agnū amniculū in holocaustum et ouem amniculā immaculatam pro peccato et arietem immaculatū hostiam pacificam. **C**amistrū quoque panū azimorum

qui conspersi sunt oleo et lagana absque fermento uncta oleo ac libamina singulorum: que offeret sacerdos coram dominorum et faciet tam pro peccato quam in holocaustum. **A**rietem uero immolabit hostiam pacificam dominus: offerens simul camistrū azimorum et libamina que ex more debent. **T**unc radet nazareus ante hostiū tabernaculi federis cesarie consecrationis sue: tolletque capillos eius et ponet super ignem qui est suppositus sacrificio pacificorum et armenū coctū arietes tortamque absque fermento unam de camistris et lagana azimorum unum et tradet in manus nazarei. **P**ostquam rasus fuerit caput eius susceptaque rursus ab eo eleuabit in conspectu domini sanctificata sacerdotis erunt sicut pectusculum quod separari iussum est et ferit. **P**ost hec potest bibere uinum nazareus. **I**sta est lex nazarei cum uouit oblationem suam dominus tempore consecrationis sue: exceptis hijs que inueniunt manus eius. **I**uxta quod mente uouat ita fiat et ad perfectionem sanctificationis sue. **L**ocutus est dominus ad moysen dicens loque aaron et filiis eius. **S**ic benedicetis filiis israel et dicetis. **B**enedicat tibi dominus et custodiat te. **O**stendat dominus faciem suam tibi: et miseretur tui. **C**onuertat dominus uultum suum ad te et det tibi pacem. **I**nuocabit nomen meum super filios israel et ego benedicam eis. **Capitulum. viij.**

**F**actū est autem in die qua compleuit moys

ses tabernaculum et erexit illud unxit  
 et sacrificavit cum omnibus vasibus  
 is altare sicut et vasa eius: obtule-  
 runt principes israel et capita familia-  
 rum qui erant per singulas tribus. pfer-  
 ti eorum qui nati fuerant coram do-  
 mino sex plaustra tecta cum duodecim  
 bubus. Unum plastrum obtulit duo  
 duces et unum bouem singuli: obtu-  
 leruntque ea in conspectu tabernaculi. **A**it  
 autem dominus ad moysen. **S**uscipe ab  
 eis ut fiant in ministerio taberna-  
 culi et trades ea levitis iuxta or-  
 dinem ministerii sui. Itaque cum susce-  
 pisset moyses plastrum et boues tra-  
 didit eos levitis. **D**uo plastrum et  
 quatuor boues dedit filiis gerson  
 iuxta id quod habebat necessari-  
 um. **Q**uatuor alia plastrum et octo  
 boues dedit filiis merari secundum  
 officia et cultum suum sub manu y-  
 thamar filii aaron sacerdotis. filii  
 autem caath non dedit plastrum  
 et boues quia in scario servantur  
 et honora propriis portant humeris.  
**I**gitur obtulerunt duces in dedica-  
 tionem altaris die qua unctum  
 est. oblationem suam ante altare dix-  
 itque dominus ad moysen. **S**inguli duces  
 per singulos dies offerant munera in  
 dedicationem altaris. **P**rimo  
 die obtulit oblationem suam naason  
 filius aminadab de tribu iuda fue-  
 runtque in ea acitabulum argenteum  
 pondus centum triginta siclorum. fiala arge-  
 tea habens septuaginta siclos iuxta  
 pondus scarii utrumque plenum simi-  
 la conspersa oleo in sacrificium mortari-  
 olum et decem siclos aureis plenum

incenso. **B**ovem et arietem et ag-  
 num amiculum in holocaustum hyrcum  
 pro peccato et in sacrificio pacificorum  
 boues duos arietes quatuor. hyrcos  
 quatuor agnos amiculos quatuor. **H**ec  
 est oblatio naason filii aminadab.  
**S**ecundo die obtulit nathanael  
 filius suar duos de tribu y-  
 sachar acitabulum argenteum ap-  
 pendens centum triginta siclos fia-  
 lam argenteam habentem septua-  
 ginta siclos iuxta pondus factua-  
 rum utrumque plenum simila conspersa  
 oleo in sacrificium mortariolum  
 aureum habens decem siclos ple-  
 num incenso. **B**ovem de armen-  
 to et arietem et agnum amiculum  
 in holocaustum. hyrcumque pro pec-  
 cato et in sacrificio pacificorum bo-  
 ues duos arietes quatuor. hyrcos  
 quatuor agnos amiculos quatuor. **H**ec  
 fuit oblatio nathanael filii  
 suar. **T**ercio die princeps filiorum  
 Zabulon hehab filius helon obtu-  
 lit acitabulum argenteum appen-  
 dens centum triginta siclos fialam  
 argenteam habentem septuaginti  
 siclos. ad pondus scarii utrum-  
 que plenum simila conspersa oleo in  
 sacrificium mortariolum aureum  
 appendens decem siclos plenum  
 incenso. **B**ovem de armento et  
 arietem et agnum amiculum  
 in holocaustum. hyrcumque pro  
 peccato. **E**t in sacrificio pacificorum  
 boues duos arietes quatuor. hyrcos  
 quatuor agnos amiculos quatuor. **H**ec  
 est oblatio hehab filii helon die  
 quarto princeps filiorum. **R**uben he-  
 sur filius sedeur obtulit acitabu-  
 lum argenteum appendens centum  
 triginta siclos. fialam argente-  
 am habentem septuaginta siclos

ad pondus sanctuarij utriusq; plenū  
 simila conspersa oleo in sacrificiū  
 mortariolum aureum appendens  
 decem siclos plenū incenso bouē  
 de armēto et arietem et agnū  
 amiculū in holocaustū hircūq;  
 pro peccato et in hostias pacificorū  
 boues duos arietes quinq; hircos  
 quinq; agnos amiculos quinq; **Hec**  
**est oblatio helisur filij sedeur.**  
**Die quinto princeps filiorū symeon**  
**et salamihel filius suri saddai**  
 obtulit acitabulum argenteum  
 appendens centū triginta siclos  
 fialam argenteam habentem  
 septuaginta siclos ad pondus  
 sanctuarij utriusq; plenū simila  
 conspersa oleo in sacrificio mortari  
 olum aureum appendens decē  
 siclos plenū incenso. Bouē de  
 armēto et arietem et agnū  
 amiculū in holocaustū hircūq;  
 pro peccato et in hostias pacificorū  
 boues duos arietes quinq;  
 hircos quinq; agnos amiculos quinq;  
**Hec fuit oblatio salamihel**  
**filij suri saddai.** **Die sexto princeps**  
**filiorū gad heliasaph filius**  
**duel obtulit acitabulum argen**  
**teum appendens centū xxx sic**  
**los fialam argenteam haben**  
**tem septuaginta siclos ad pon**  
**dus sanctuarij utriusq; plenum**  
**simila conspersa oleo in sacrifici**  
**um mortariolū aureum appē**  
**dens siclos decem plenū incenso**  
**Bouem de armēto et arietem**  
**et agnū amiculū in holocaustū**  
**hircūq; pro peccato. et in**  
**hostias pacificorū boues duos**

arietes quinq; hircos quinq; agnos  
 amiculos quinq; **Hec fuit oblatio**  
**heliasaph filij duel.** **Die septi**  
**mo princeps filiorū ephraim heli**  
**sama filius ammiud obtulit aci**  
**tabulum argenteū appendens**  
**centū triginta siclos fialā argen**  
**teā habentem septuaginta siclos**  
**ad pondus sanctuarij utriusq; ple**  
**nū simila conspersa oleo in sac**  
**ficiū mortariolum aureū appē**  
**dens decem siclos plenū incē**  
**so Bouem de armēto et arie**  
**tem et agnū amiculū in holo**  
**caustū hircūq; pro peccato. et in**  
**hostias pacificorū boues duos**  
**arietes quinq; hircos quinq; ag**  
**nos amiculos quinq;.** **Hec fuit**  
**oblatio helisama filij ammi**  
**ud.** **Die octavo princeps filiorū**  
**manasse gamahiel filius pha**  
**datur obtulit acitabulum argen**  
**teum appendens centū triginta sy**  
**clos fialam argenteam haben**  
**tem septuaginta siclos ad pondus**  
**sanctuarij utriusq; plenū simi**  
**la conspersa oleo in sacrificiū mor**  
**tariolū aureū appendens decē**  
**siclos plenū incenso.** **Bouem de**  
**armēto et arietem et agnū an**  
**miculū in holocaustū hircūq; pro**  
**peccato et in hostias pacificorū bo**  
**ues duos arietes quinq; hircos**  
**quinq; agnos amiculos quinq;**  
**Hec fuit oblatio gamahiel filij**  
**phadatur.** **Die nono princeps**  
**filiorū beniamin abydan filius**

gedo nis obtulit acitabulū argē  
teū appendens centū tīginta si  
clos fialam argēteam habentē  
septuagīta siclos ad pondus sac  
tuarij utriūq; plenū simila con  
spersa oleo in sacrificiū morta  
riolum aurum appendens de  
cem siclos plenū incenso. **B**oue  
de armēto et arietem et agnū  
amniculū in holocaustum hyr  
tūq; pro p̄cto et in hostias pa  
rificas boues duos arietes quī  
q; hyrcos quīq; agnos amicu  
los quīq; **H**ec fuit oblatio abi  
dan filij gedo nis. **D**ecimo die  
p̄nceps filioꝝ dan abiezer fi  
lius amissadai obtulit acitabu  
lum argenteū appendens centū  
tīginta siclos fialam argente  
am habentem septuagīta siclos  
ad pondus sanctuarij utriūq;  
plenū simila conspersa oleo in sa  
crificiū mortariolum aurum  
appendens decem siclos plenū  
incenso. **B**ouem de armēto  
et arietem et agnū amniculum  
in holocaustum hyrtūq; pro p̄  
cato et in hostias pacificoz bo  
ues duos arietes quīq; hyrcos  
quīq; agnos amiculos quīq; **H**ec  
fuit oblatio abiezer filij ami  
sada. **D**ie undecimo p̄nceps filio  
rū aser pheziel filius ochiran  
obtulit acitabulum argenteū  
appendens tīginta siclos fialā  
argenteam habentem septua  
gīta siclos ad pondus sanctu  
arij utriūq; plenū simila con  
spersa oleo in sacrificiū mor

92.  
tariolū aureū appendens de  
cem siclos plenū incenso. **B**o  
uem de armēto et arietem et  
agnū amniculū in holocaustum  
hyrtūq; pro p̄cto et in hostias  
pacificoz boues duos arietes  
quīq; hyrcos quīq; agnos am  
culos quīq; **H**ec fuit oblatio phe  
ziel filij ochiran. **D**ie duode  
cimo p̄nceps filioꝝ neptalim  
abyra filius or henan obtulit  
acitabulū argenteū appendens  
centū tīginta siclos fit fialam  
argēteam habentem septuagī  
ta siclos ad pondus sanctuarij  
utriūq; plenū simila conspersa  
oleo in sacrificiū mortariolum  
aurū appendens decem siclos  
plenū incenso. **B**ouem de ar  
mēto et arietem et agnū am  
niculū in holocaustū hyrtū q;  
pro p̄cto et in hostias pacifi  
coꝝ boues duos arietes quī  
q; hyrcos quīq; agnos amicu  
los quīq; **H**ec fuit oblatio ab  
yira filij henan. **H**ec in  
dedicationem altaris oblata  
sūt a p̄ncipib; isrl' in die qua  
cōsecratum est. **A**citabula argē  
tea duodecim fiale argentee  
vii mortariola aurea vii ita  
ut centū tīginta argēti siclos  
habet unū acitabulum et septua  
gīta siclos una fiala id ē in  
cōmune vasoz om̄ ex argē  
to sicut duo milia quadringē  
ti ponde' sanctuarij mortario  
la aurea duodecim plena incē  
so decem siclos appendentia pō

deze scuarij id est simul aurum si-  
 cli centum xx. **B**oves de armeto  
 in holocaustum xii arietes xii ag-  
 ni amuli xii et libamenta eorum  
 hirci xii pro peccato et in hostias  
 pacificorum boues xx. iiii. arie-  
 tes sexaginta. hirci sexaginta  
 agni amuli sexaginta. **H**ec  
 oblata sunt in dedicatione alta-  
 ris quando unctum est. **C**umque  
 ingrederetur moyses tabernaculum  
 federeis ut consuleret oraculum au-  
 diens uocem loquentis ad se  
 de propitiatorio quod erat super  
 archam testimonij inter duos  
 cherubim unum et loquebatur ei

**L**ocuta est **Capitulum. viii.**  
 dominus ad moysen dicens  
 loquere aaron et dices ad  
 eum Cum posueris septem lucernas  
 candelabrum in australi parte erigam  
 hoc igitur preceptum ut lucerne conti-  
 boram et regione respiciant  
 ad mesam panis propitiatoris  
 contra eam partem quam candelaba-  
 brum respiciat luce debebit. **F**e-  
 citque aaron et imposuit lucer-  
 nas super candelabrum ut prece-  
 pit dominus moysi. **H**ec  
 autem erant factura candelaba-  
 bri. **E**x auro ductili tam medi-  
 us quam cuncta ex utroque cala-  
 morum lateris nascebantur iuxta  
 exemplum quod ostendit dominus  
 moysi: ita operatus est candelaba-  
 brum. **E**t locutus est dominus ad moy-  
 sen dicens Tolle leuitas de me-  
 dio filiorum israel et purificabis eos  
 iuxta hunc ritum. **A**ppropinquans autem

lustrationis et radant omnes pilos  
 carnis sue. **C**umque lauerint vestime-  
 ta sua et mudati fuerint: tollant  
 bouem de armetis et libamentum  
 eius simlani oleo confectam. **B**o-  
 uem autem alterum de armeto  
 accipies pro peccato et applicabis  
 leuitas coram tabernaculo federeis  
 conuocata omni multitudine filiorum  
 israel. **C**umque leuite fuerint  
 coram domino ponent filij israel manus  
 suas super eos. **E**t offeret aaron  
 leuitas munus in conspectu domini a  
 filiis israel ut seruiant in ministerio  
 eius. **L**euite quoque ponent ma-  
 nus suas super capita bouum. **E**que  
 unus facies pro peccato et al-  
 terum in holocaustum domini ut despre-  
 ris pro eis. **S**tatuasque leuitas in  
 conspectu aaron et filiorum eius et con-  
 spectabis oblatos domino ac separab-  
 de medio filiorum israel ut sint mei  
 et postea ingrediantur taberna-  
 culum federeis ut seruiant in. **D**ic-  
 que purificabis et consecrabis eos  
 in oblationem domini quomodo dono  
 donati sunt michi a filiis israel.

**P**ro primogenitiis  
 que accipiunt omnem uulnam in  
 israel accipi eos. **A**pta sunt omnia  
 primogenita filiorum israel tam ex  
 hominibus quam ex iumentis. **E**x die  
 quo perussi omne primogenitum in  
 terra egypti sanctificauimus eos michi.  
**E**t tunc leuitas pro cunctis primo-  
 genitiis filiorum israel tradidique eos  
 dono aaron et filiis eius de me-  
 dio israel ut seruiant michi pro  
 israel in tabernaculo federeis: et oriet

pro eis. ne sit in populo plaga. si au-  
 si fuerint accedat ad suarium  
**A**cceruntque moyses et aaron  
 et omnes multitudo filiorum israel super  
 leuitas per que precepit dominus moysi  
 purificati quod sunt et lauerunt vesti-  
 menta sua. Eleuauitque eos aaron  
 in conspectu domini et orauit pro eis  
 ut purificati ingrediantur ad offi-  
 cia sua in tabernaculum federis coram  
 aaron et filiis eius sicut precepit  
 dominus moysi de leuitis ita firmum est

**L**ocutus est dominus ad moy-  
 sen dicens hec est lex leuitarum  
 a viginti quibus annis et super ingre-  
 dientur ut ministrat in tabernaculo  
 federis. Cumque quinquagesimum annum  
 etatis impleuerint seruire cessa-  
 bunt: eruntque ministri fratrum suorum  
 in tabernaculo federis ut custodiant  
 que sibi fuerint commendata: opera autem  
 ipsa non faciant. Sic dispones le-  
 uitas in custodijs suis

**L**ocutus est dominus ad moysen in des-  
 erto synai anno secundo postquam  
 egressi sunt de terra egypti mense  
 primo dicens. faciant filii israel pha-  
 se in tempe suo. quartadecima  
 die mensis huius ad uesperam  
 iuxta omnes ceremonias et iusti-  
 ficationes eius. Precepitque moy-  
 ses filiis israel ut facerent phasem  
 Quia fecerunt tempore suo quarta-  
 decima die mensis ad uesperam  
 in monte synai. Iuxta omnia que  
 mandauit dominus moysi fecerunt filii  
 israel. **E**cce autem quidam  
 immundi super anima hominis qui non

poterant facere pascha in die illo  
 accedentes ad moysen et aaron dix-  
 erunt eis Immundi sumus super anima  
 hominis quare fraudamur ut non ualea-  
 mus offerre oblationem domino in tem-  
 pore suo inter filios israel. **Q**uibus  
 respondit moyses. Scite ut consu-  
 lam quid precepit dominus de uobis  
**L**ocutusque est dominus ad moysen di-  
 cens. **L**oque filiis israel. homo qui  
ges armentorū tuorū et ouiu  
tuarū. **B**enedicta horrea tua  
et benedite reliquie tue. **B**e-  
nedictus eris et ingrediens  
et egrediens. **D**abit dñs im-  
micos tuos qui cōsurgūt ad  
vsum te couruentes in cōspā  
tuo. **P**er unā viā venient  
contra te et p̄ septem fugiet  
a facie tua. **E**t mittet dñs  
benedictionem sup cellaria  
tua et sup omnia opa ma-  
nuū tuarū benedicetq; tibi  
in t̄ra quā accipis. **S**uscipit  
bit te dñs sibi in populum  
scm̄ sicut iurauit tibi: si custo-

caule

dieis mandata dñi dei tui et a-  
bulaueris in vñs eius. **V**idebūt  
q; omnes t̄rarū populi quod  
nomen dñi inuocātū sit sup te  
et timebūt te. **A**bundare te fa-  
ciet dñs omnibus bonis fructu  
v̄tei tui et fructu iumentorū  
tuorū fructu t̄re tue quā iurauit  
patrib⁹ tuis ut daret tibi. **A**pe-  
riet dñs thesaurū suū optimū  
celū ut t̄buat pluuiam t̄re sue  
in tempe suo. **B**enedicet cunctis  
opibus manū tuarū et fenera-  
bis gētib⁹ multis et ip̄e a nullo  
fenus accipies. **C**onstituēt te  
dñs in caput et nō in caudā  
et eris semp sup et nō subus:  
audieris mandata dñi dei tui  
q̄ ego precipio tibi hodie et custo-  
dieris et feceris ac nō declina-  
ueris ab eis nec ad dexterā  
nec ad sinistram nec secutus fu-  
eris deos alienos: neq; colueris  
eos. **Q**uod si audire nolueris  
vocem dñi dei ut custodias et  
facias omnia mādata eius et  
cerimomas quas ego precipio  
tibi hodie: venient sup te oēs  
maledictiones iste et apphen-  
dent te. **M**aledictus eris in  
ciuitate maledictus in agro.  
maledictū horreū tuū et male-  
dicte reliquie tue. **M**aledictus  
fructus ventris tui et fructus  
t̄re tue armenta bouū tuorū  
et greges ouiu tuarū. **M**aledic-  
tus eris ingrediens et maledic-  
tus egrediens. **M**ittet dñs fa-



mem sup te et esuriem et im-  
pacionem in oia opa tua que  
facies donec conterat te et pdat  
velocit' p' adinuenciones tuas  
pessimas in quib' reliquisti eu  
**A**diungat dñs tibi pestilenciam  
donec cōsumat te de t'ra ad  
quā ingredieris possidendā **P**  
cuciat te dñs egestate febrī &  
frigore ardore et estu et aere  
corrupto ac rubigine & p'seq̄  
tuū donec peas **S**ic celum qd̄  
sup te est eneam & t'ra quam  
calcas ferrea det dominus ym-  
brem terre tue puluerem & de ce-  
lo descendat sup te cinis donec  
cōteraris **T**radat te dñs corru-  
entem ante hostes tuos p' unā  
viam egrediaris cont' eos et  
p' septem fugias & dissiparis p'  
omnia regna t're. sitq; cadauer  
tuū in escam cūctis volatilibus  
celi et bestiis t're & nō sit qui  
abigat. **P**cuciat te dñs ulcere  
egypti et pte corpis per quā  
stercora digerūt scabie quoq;  
et prurigine. ut ut cararine  
queas **P**cuciat te dñs amen-  
tia et acitate ac furore men-  
tis & palpes in med meridie  
sicut palpare solet cecus in te-  
nebs & non dirigas vias tuas  
**D**iq; tempe calumpniā susti-  
neas et oppmāis violencia nō  
habeas qui libet te vxore acci-  
pias et alius cū ea dormiat  
domū edifices et nō habites  
in ea **P**lantes vineā et non  
vindemias eam **B**os tuus im-  
moleat corā te et nō comedas  
ex eo. **A**sinus tuus rapiatur

in cōspū tuo et non reddat' tibi  
**O**ves tue dent' inimicis tuis et  
nō sit qui te adiuuet filij tuī &  
filie tue tradant' alci p'pō vide-  
tibus oculis tuis et deficienti-  
bus ad cōspectū eoz tota die  
et nō sit fortitudo in manu tua  
**F**ructus t're tue et omēs labōes  
tuos comedat' p'plus quē igno-  
ras & sis semper calūpniam  
sustinens et oppressus cūctis  
dieb' & stupens ad t'rorem eoz  
q̄ videbūt oculi tuī. **P**cuciet te  
dñs ulce' pessimo in gemibus  
& in suris sanariq; non possis  
a planta pedis usq; ad v'ticē  
tuū **D**ucet te dñs et regē  
tuū quē cōstitueris sup te in  
gentē quā ignoras tu et p'ies  
tuī: et serues ibi dñs alienis lig-  
no & lapidi **E**t eris pditus in  
p'ubiū ac fabulam omnib' po-  
pulis ad quos te introduxit dñs  
**S**ementē multā iacies in t'ram  
et modicū congregabis quia lo-  
custe omnia deuorabūt **V**ineā  
plantabis et fodies et vinū nō  
bibes nec colliges ex ea quippi-  
am quomā vastabit' vmb' **O**li-  
uas habebis in omnib' t'rimis  
tuis & non ungeris oleo: quia  
defluent et p'ibūt filios gene-  
rabis et filias et nō fructus eis  
qm̄ ducent' in captiuitatem **Q**es  
arbores tuas et fruges t're tue tu-  
bigo cōsumet aduena qui tecū  
uersat' in t'ra ascendet sup te et  
q; sublimior **T**u autem desce-  
des et eis inferior **I**psē fenerabit  
tibi et tu non fenerabis ei **I**psē  
erit in caput et tu eris i caudā  
**E**t uement' sup te omēs male

dictiones iste et psequentes apphen-  
dent te donec intereas quia no-  
audisti vocē dñi dei tui nec ser-  
uasti mandata eius & cōmōnias  
quas pcepit tibi Et erūt in te  
signa atq; prodigia et in semi-  
ne tuo usq; in sempiternū Eo quod  
no serueris dño deo tuo in gau-  
dio cordisq; leticia ppter rerum  
ōm̄ habūdanciam Serues n̄  
m̄ico tuo quē t̄mittet dñs tibi i  
fame & siti et nuditate et om̄  
penuria et ponet iugum ferreū  
sup cervicem tuam donec te cō-  
terat Adducet dñs sup te gen-  
tem de lōginq; et de extre-  
mis fimbis terre in similitudinem  
aquile volantis cū impetu cuius  
linguā intelligē nō possis ge-  
tem peccatissimā que non dese-  
rat honorem sem̄ nec misere-  
at puuli & deuoret fructū iu-  
mentoz tuoz ac fruges t̄re tue  
donec intereas et non relinq̄t  
tibi t̄tū vinū & oleū armenta  
boun et greges ouiu donec  
te dissipat et conterat in cūctis  
urbibus tuis et destruant m̄ri  
tui firmi atq; salimes in quib;  
habebis fiduciam in omni t̄ra  
Obsidebis int̄ portas tuas  
in omni t̄ra quā dabit tibi do-  
min⁹ deus tuus & comedes fruc-  
tum uteri tui et carnes filio-  
rū & filiarū tuarū quas dedit  
tibi dñs deus tuus in angustia  
et vastitate qua oppmet te  
hostis tuus. Homo delicatus  
in te et luxuriosus valde iude-  
bit fr̄i suo et vxori que cubat  
in sinu suo ne det eis de car-  
nibus filioz suoz quas come-

det eo quod nichil habeat aliud in  
obsidione et penuria qua vastauit  
tuit te in m̄ia tua int̄ om̄es portas  
tuas **Tenera mulier & delicata** q̄  
sup t̄ram ingredi non valebit nec  
pedis vestigiū figē p̄t molliam  
& teneritudinem in m̄iam iude-  
bit viro suo qui cubat in sinu eius  
sup filij et filie carnis et inglu-  
ue secūdarū que egdiūt de medio  
feminū eius et sup libis qui eadē  
hora nati sūt **Comedent enī eos**  
clam p̄t rez om̄ penuriam in obsi-  
dione et vastitate qua oppmet  
te inimicos tuos int̄ portas tuas  
**Nisi custodieris & feceris om̄ia ūba**  
legis hui⁹ q̄ scripta sūt in hoc volu-  
mine et t̄mueris nomen eius  
glosion & t̄ribile hoc ē dñm deū tuū  
augebit dñs plagas tuas et pla-  
gas seminis tui plagas & pseue-  
rantes infirmitates pessimas & p̄e-  
tuas & cōuertet in te om̄es afflic-  
tiones egypti quas t̄misti et adhe-  
rebūt tibi insup & vniūsos lāguo-  
res et plagas que non sūt scripte  
in volumine legis hui⁹ inducet do-  
min⁹ sup te donec te conterat  
Et remanebitis pauci n̄s qui pus-  
catis sicut ast̄ celi p̄ multitudie  
quōm non audisti vocē domini  
dei tui et sicut ante letatus est  
dñs sup uos beneuol⁹ faciens uosq;  
multiplicans sic letabitur dissipēs  
uos atq; sbuertens ut auferami-  
ni de t̄ra ad quam ingrediet̄  
possidendam. Dissipet te dñs in  
om̄es populos a summitate t̄re  
usq; ad terminos eius et serues  
ibi dijs alienis quos & tu agnos

et p̄res tu lignis ⁊ lapidibus.  
In gentib⁹ quoq; illis non quiesces  
neq; erit requies uestigio pedis  
tui. Dabit em̄ tibi dñs ibi corpa  
uidū et deficientes oculos ⁊ aīaz  
merore consumpta.

**E**t erit vita tua quasi pendēs  
ante te. Timebis nocte ⁊ die  
et non crederis vite tue. Mane  
dices quis michi det vesperum  
et vesp̄e quis michi det mane  
p̄t cordis tui formidinem qua  
terreberis et p̄t ea que tuas  
videbis oculis. Reducet te dñs  
classib⁹ in egiptum per viam  
de qua dixi tibi ut eā ampli⁹  
nō videres. Ibi venderis immi  
nis tuus in seruos et acillas ⁊  
non erit qui emat. **Ca. xxxix**

**H**ec sūt v̄ba federis quod  
p̄cepit dñs moysi ut feri  
ret cū filiis isrl̄ in t̄ra moab p̄t  
illud fedus quod cū eis pepigit  
in oreb⁹. **T**ocauitq;  
moyses ontē isrl̄em ppl̄m et  
dixit ad eos. Vos vidistis uniu  
sa q̄ fecit dñs coram vobis in  
t̄ra egipti pharaon et in om̄i  
bus seruis eius uniuersq; t̄re il  
lius tēptaciones magnas quas  
viderūt oculi tui. signaq; illa  
portentaq; ingencia. Et non de  
dit dñs vobis cor intelligens ⁊  
oculos videntes ⁊ aures que pos  
sint audire vsq; in p̄sentem di  
em. Adduxit uos xl. annis p̄ de  
sertū nō sūt attrita vestimen  
ta vr̄a nec calciamenta pedū  
vr̄oꝝ vetustate cōsumpta sūt.  
Panē comedistis vinū ⁊ f̄c̄e

cam nō bibistis ut sciretis quia  
ip̄e est dñs deus vester et ve  
nistis ad locū hūc. **E**gressus q; ē  
sc̄on rex esebon et og rex basan  
occurrentes nobis ad pugnam  
et percussimus eos et tulimus  
t̄ram eorū ac tradidimus pos  
sidendam ruben et gad et dimi  
die t̄bui manasse. **C**ustodite er  
go v̄ba p̄acti hui⁹ ⁊ implete ea  
ut intelligatis uniuersa que faci  
tis. **V**os stans hodie cūcti corā  
dñō deo vr̄o. **P**rinap̄es vr̄i ac  
trib⁹ ac maiores natu atq; dor  
tores om̄isq; ppl̄us isrl̄ liberi ⁊  
uxores vr̄e ⁊ aduena qui t̄cū  
morat̄ in castris exceptis lig  
norū cesoribus ⁊ h̄is qui com  
portant aquas: ut t̄nseas in fe  
dere dñi dei tui ⁊ in iure iurā  
do quod hodie dñs deus p̄cui  
et t̄cū ut sustinet te sibi in po  
pulū et ip̄e sit deus tuus sicut  
locutus est tibi: et sicut iurauit  
patrib⁹ tuis abraham ysaac  
et iacob. **N**ec vobis solis ego  
hoc fedus ferio et hec iuramē  
ta confirmo: sed cūctis p̄senti  
bus et absentibus. **V**os enim  
nostis quomodo habitauimus  
in t̄ra egipti et quomodo t̄nse  
erimus p̄ mediū nationum  
quas t̄nseuntes vidistis abho  
minaciones ⁊ sordes id est  
ydola eorū lignū ⁊ lapidem  
argentū ⁊ aurū que cole  
bant. ne forte sit int̄ uos vir  
aut mulier familia aut tribus  
cui⁹ cor aduersum est hodie a  
dñō deo vr̄o ut vadat et ser  
uiat dñs illarū genū et sit

mē vos radix gminans fel et  
 amaritudinem Cūq; audierit u  
 ba uāmeti huius benedicat sibi  
 in corde suo dicens Pax erit in  
 et ambulabo in prauitate cordis  
 mei: et assumat ebrius scientē  
 et dñs non ignoscat ei sed tūc  
 quā maxime furor eius sumet  
 et zelus cont' hoīem illū et sede  
 ant sup eum omnia maledicta  
 q̄ scripta sūt in hoc volumine et  
 deleat nomen eius sub celo. et  
 cōsumat eum in pdicionem et  
 omib; t'ubis isrl. iuxta maledic  
 tiones que libro legis huius ac fe  
 deris continēt. Dicitq; sequēs  
 generatio et filij qui nascent  
 demāps et peregrini qui de  
 lōge uenerint uidentes plagas  
 t're illius et infirmitates quibus  
 eā afflxit dñs. sulphure et solis  
 ardore comburens ita ut uir  
 nō seruat nec uirgēs quippiam  
 gminet in exemplū subuersionis  
 sodo me et gomorre. adame et  
 seboim. quas subūit dñs i ira  
 et in furore suo q̄ et dicent dēs  
 gentes Quare sic fecit dñs t'  
 re huius Que est hec ira furo  
 ris eius in mensa Et responde  
 bāt. quia dereliquerūt pactū  
 dñi quod pepigit cū p'rib; eorū  
 qñ eduxit eos de t'ra egypti et  
 seruiuerūt dijs alienis et adora  
 uerūt eos quos nesciebant et  
 quibus nō fuerant attributi  
 idcirco uatq; est furor dñi cont'  
 t'ram istam ut inducēt sup eā  
 omnia maledicta q̄ in hoc vo  
 lumine scripta sūt et eiecit eos  
 de t'ra sua. et in furore et in

indignatione maxima p'ietq; i  
 t'ram alienam sicut hodie comp  
 bat. **A**bscondita dñs  
 deo tuo que manifesta sūt nobis  
 et filijs m'is usq; metnū. ut fa  
 ciamus unūsa legis huius. **.xxx.**

**Q**um ergo uenerint sup te  
 omēs sermōnes ista bene  
 dictio siue maledictio quā po  
 sui in cōsp'cū tuo. et ductus pem  
 tudine cordis tui in unūsis  
 gentib; in quas dissipit te deus  
 dominus deus tuus et reūsus  
 fueris ad eum et obediēs eius  
 imperijs sicut ego hodie p'cipio  
 tibi cū filijs tuis in toto corde tuo  
 et in tota aīa tua reducat te do  
 minus deus tuus de captiuitate  
 tua. ac miserebit' tui et rursum  
 cōgregabit te de cunctis pplis in  
 quos te ante dissipit. Si ad turdi  
 nes celi fueris dissipatus. inde te  
 retrahet dñs deus tuus et assu  
 met atq; introducet in t'ram  
 quam possederūt p'ēs tui et  
 obtinebis eā benedicens tibi et  
 maioris manenti eē te faciet  
 quā fuerūt p'ēs tui. **C**urā uidet  
 dñs deus tuus cor tuū et cor se  
 nimis tui ut diligas dñm deū  
 tuū in toto corde tuo et in tota  
 aīa tua ut possis uiuē. Omēs  
 autem maledictiones has con  
 uertet sup inimicos tuos et eos  
 qui te oderūt et p'sequūt. Tu autē  
 reuēteis et audies uocem dñi  
 dei tui. faciesq; unūsa manda  
 ta que ego p'cipio tibi hodie  
 et habundare te faciet dñs d's

tuis in cunctis opib⁹ manuū tuarū  
 et in sobole uteri tui ⁊ in fructu  
 iumentorum tuorum in ubertate  
 terrae tue et in rerū omnī largitate  
**R**euerter enim dñs ut gaudeat su-  
 per te in omnib⁹ bonis sicut ga-  
 uis⁹ est in patrib⁹ tuis si ca-  
 men audieris vocem dñi dei tui  
 ⁊ custodieris p̄cepta eius et ceri-  
 monias que in hac lege conscrip-  
 te sūt ⁊ reuertaris ad dñm deum  
 tuū in toto corde tuo et in tota  
 aīa tua **M**andatū hoc quod ego  
 p̄cipio tibi hodie non sup̄ te est  
 neq; paul positū nec in celosi-  
 tū ut possis dicere **Q**uis nos  
 nr̄m ad celū ualet cōstendere  
 ut deferat illud ad nos et au-  
 diamus atq; ope opleamus  
 neq; trans mare positum ut tra-  
 seris ⁊ dicas **Q**uis enobis tñs-  
 ferat mare ⁊ illud ad  
 nos usq; deferre ut possimus  
 audire et facere quod p̄ceptū. **S**z  
 iuxta te est sermo valde i ore  
 tuo ⁊ in corde tuo ut facias illū.

**C**onsidera quod  
 hodie p̄posuerit in cōsp̄u tuo ui-  
 tam et bonū ⁊ econtrario mor-  
 tem ⁊ malum ut diligas dñm  
 deū tuū et ambules in vñs eius  
 et custodias mandata illius et  
 cerimonias atq; iudicia ⁊ uiuas  
 atq; multiplicet te: benedicatq;  
 tibi in terra ad quam iordane  
 tñsmisso ingredieris possidenda  
**S**imultem ausum fuit cor tuū  
 et audire nolueris atq; errore  
 deceptus adorauis deos alienos  
 et seruiueris eis **P**̄dico tibi ho-  
 die quod peas et p̄uo tempore

morieris in terra ad quā iordane  
 tñsmisso ingredieris possidenda  
**E**stas iuoco ho-  
 die celū ⁊ terram quod p̄posuerim  
 vob⁹ vitā ⁊ ⁊ mortem et bonū  
 et malū benedictionem et male-  
 dictionē **E**rgo vitam et tu  
 uiuas et semen tuū. ⁊ diligas  
 dñm dñm tuū atq; obedias voci  
 eius et illi adheas **I**pe est enī  
 vita tua ⁊ longitudo dierū tuorū  
 ut habites in terra pro qua iura-  
 uit dñs patrib⁹ tuis **A**brahā  
 ysaac et iacob ut daret eam  
 illis **Capitulum xxxi.**

**A**hijit itaq; moyses et locu-  
 tus ē omnia vba hec ad  
 uniuersum isrl' et dixit ad eos  
**C**entū viginti annorū sū hodie  
 nō possum ult' egredi et ingre-  
 di p̄sertim cū et dñs dixit mī  
 nō tñsibis iordanem istū **D**ñs  
 ergo deus tuus tñsibit ante te  
 ipse delebit omēs has in cōsp̄u  
 tuo et possideb⁹ eas **E**t iosue  
 iste tñsibit ante te sicut locutus  
 est dñs facietq; dñs eis sicut  
 fecit **S**eon et og regib⁹ amor-  
 reorū et t̄re eorū **D**elebitq; eos  
**C**um ergo et hos tradiderit  
 vob⁹ similit' facietis eis sicut  
 p̄cepi vob⁹ **U**irilit' agite et  
 confortamini nolite timere ac  
 p̄paretis ad cōsp̄m eorū quia  
 dñs deus tuus ip̄e est ductor  
 tuus et nō dimittet nec relin-  
 quet te **V**ocauit autem moy-  
 ses iosue et dixit ei corā omni  
 isrl'. **C**onfortare et esto robus-  
 tus **T**u enī introducebis pplm is-  
 r' in terram quam daturū se

patribus eorum iurauit dominus et tu eam sorte diuides: et dominus qui ductor uester est ipse erit tecum non dimittet ne relinquet te. Nolite me nec paucas. Scripsit itaque moyses legem hanc et tradidit eam sacerdotibus filiis leui qui portabant arcam federeis domini et cunctis senioribus israel. Precepit quoque eis dicens. Post unum annos anno remissionis in sollemnitate tabernaculorum conuentibus cunctis ex filiis israel ut appareant in conspectu domini dei tui: in loco quem elegerit dominus leges uerba legis huius coram omni israel audientibus eis et in unum omni populo congregato tam uiris quam mulieribus paruulis et aduenis qui sunt intra portas tuas ut audientes discant et timeant dominum deum uerum ut custodiant impleantque omnes sermones legis huius filii quoque eorum qui nunc ignorant ut audire possint et timeant dominum deum suum cunctis diebus quibus uisitant in terra ad quam uos iordane transmissis pergetis obtinendam.

**E**t ait dominus ad moysen. Ecce appropinquat dies mortis tue. Voca iosue et stete in tabernaculo testimonij ut precipiam ei. Abierunt ergo moyses et iosue et steterunt in tabernaculo testimonij apparuitque dominus ibi in columna nubis que stetit in introitu tabernaculi. Dixitque dominus ad moysen. Ecce tu dormis cum patribus tuis et populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos in terram ad quam ingreditur et habitabit in ea. Ibi derelin-

quet me: et irritum faciet fedus quod pepigi cum eo. et irascetur furor meus contra eum in die illo et derelinquam eum: et abscondam faciem meam ab eo et erit in deuoracionem. Inuenient eum omnia mala et afflictiones ita ut dicat in illo tempore. Vere quia non est deus mecum inuenierunt me hec mala. Ego autem abscondam et celabo faciem meam in die illo propter omnia mala que fecit: quia secutus est deos alienos. Nunc itaque scribite uobis cartam istud et docete filios israel ut memoriter teneant et ore decantent et sit michi carmen istud pro testimonio inter filios israel. Introducam enim eum in terram pro qua iuravi patribus eius lacte et melle manantem. Cumque comederint et saturati crassique fuerint conuertentur ad eos deos alienos et seruient eis et derelinquent me et irritum facient pactum meum. Postquam inuenierint eum mala multa et afflictiones respiciet debitor ei cartam istud pro testimonio quod nulla delebit obliuio ex ore seminis tui. Scio enim cogitationes eius que facturus sit hodie antequam introducam eum in terram quam pollicitus sum. Scripsit ergo moyses cartam et docuit filios israel. Precepitque dominus iosue filio num et ait. Confortare et esto robustus tu enim introduces filios israel in terram quam pollicitus sum et ego ero tecum. Postquam ergo scripsit moyses uerba legis huius in uolumine atque compleuit.

precepit leuitis qui portabant archam federeis domini dicens Tolle librum istum et pone eum in late archa federeis domini dei tui ut sit tibi contra te in testimonio Ego enim scio contencionem tuam et ceruicem tuam durissimam Adhuc uiuente me et ingrediente uobis semper contenciose egistis contra dominum quanto magis mortuus fueris Congregate ad me omnes maiores natu per tribus uias atque doctores et loquar audientibus eis sermones istos et inuocabo contra eos celum et terram. Flou enim quod post mortem meam iniqui ageritis et declinabitis cito de uia quam precepi uobis et occident uobis mala in extremo tempe quando feceritis malum in conspectu domini ut irriteis eum per opera manuum uestrum

Locutus est ergo moyses audiente uniuerso cetero israel uerba carminis huius et ad finem usque compleuit **Capitulum . xxxij .**

**A**udite relique loquar. au diat terra uerba oris mei Concreseat in pluuia doctrina mea fluat ut ros eloquium meum Quasi ymber super herba et quasi stille super gmina quia nomen domini inuocabo Date magnificentiam deo meo dei perfecta sunt opera et omnes uie eius iudicia Deus fidelis et absque ulla iniquitate iustus et rectus peccauerunt ei et non filij eius in sordibus Generacio pua atque pusa hecine reddis domino popule stulte et insi-

piens **Q**umquid non ipse pater tuus qui possedit te et creauit te **M**emento dierum antiquorum cogita generationes singulas **I**nterroga patrem tuum et annuntiabit tibi maiores tuos et dicent tibi **Q**uando diuidebat altissima gentes quando sepabat filios adam **C**onstituit terminos populo iuxta numerum filiorum israel **P**ars autem domini populus eius iacob fenumque hereditatibus eius **I**nuenit eum in terra deserta in loco horroris et vaste solitudinis **C**uranduxit eum et docuit et custodiuit quasi pupillam oculi sui **S**icut aquila prouocans ad uolandum pullos suos et super eos uolicans **E**xpandit alas suas et assumpsit eos atque portauit in humeris suis **D**ominus solus dux eius fuit et non erat cum eo deus alienus **C**onstituit eum super exelsam terram ut comedet fructus agrorum **U**t sugeret mel de petra oleumque de saxo durissimo **B**utirum de armento et lac de ouibus cum adype agnorum et arietum filiorum basan **E**t hyntos cum medulla terrae et sanguinem uue biberent meracissimum **I**ncrassatus est dilatus et recalatravit incrassatus impinguatus dilatatus **D**e reliquit factorem suum et recessit a deo salutari suo **P**rouocauerunt eum in diebus alienis et in abhominacionibus ad ueritatem contumaciauerunt **I**mmo-

lauerunt demonijs et non deo. dijs  
quos ignorabant. **N**on tamen  
reserentes quos non coluerunt  
patres eorum. **D**eum qui te genuit  
dereliquisti. et oblitus es dominum cre  
atoris tui. **V**idit dominus et ad uer  
bum concitatus est: quia pro  
uocauerunt eum filij sui et filie et  
ait. **A**bscondam faciem me  
am ab his: et considerabo no  
uissima eorum. **G**eneratio enim  
peruersa est et infideles filij. **I**psi  
me prouocauerunt in eo qui non  
erat deus: et irritauerunt in uer  
bamentis suis. **E**t ego prouo  
cabo eos in eo qui non est popu  
lus: et in gente stulta irritabo  
illos. **I**gnis succensus est in furore  
meo: et ardebit usque ad infernum  
nouissima. **D**eurozabitque terra  
cum gmine suo. et montium fun  
damenta comburent. **C**ongre  
gabo super eos mala et sagittas  
meas complebo in eis. **C**onsum  
mentur fame: et deurozabunt eos  
aues morsu amantissimo. **D**en  
tes bestiarum imittam in eos  
cum furore trahentium super terram at  
que serpentium. **H**oris vastabit  
eos gladius: et inuis pavor iu  
uenem simul ac uirginem lacten  
tem cum homine senem. **E**t dixi ubi  
nam sunt cessare faciam ex ho  
minibus memoriam eorum. **S**ed  
propter iram inimicorum distuli  
ne forte superbirent hostes eorum  
et dicent. manus mea excelsa  
et non dominus fecit haec omnia. **C**es  
absque consilio est et sine pruden  
tia: utinam sapient et intelli  
gant ac nouissima prouident.  
**Q**uoniam perquebat unus mille  
et duo fugarent decem milia.

**N**ome ideo quia deus suus uen  
didit eos et dominus conclusit eos. **N**on  
enim est deus noster. ut deus eorum et in  
imici nostri sunt iudices. **D**e vinea  
sodomorum vinea eorum et de sub  
urbans gomozie. **Q**ua eorum  
uua fellis et botrus amantissimo.  
**R**el draconum uinum eorum et ve  
nenum aspidum in sanabile. **N**on  
ne haec condita sunt apud me et  
signata in thesauris meis.  
**M**ea est ultio et ego retribuam  
eis in tempore ut labatur pes eorum.  
**I**uxta est dies perditionis et ad  
esse festinant tempora. **I**udica  
bit dominus populum suum et in seruis su  
is miserabitur. **V**idebit quod in  
firmata sit manus et clausi quoque  
defecerunt residuique consumpti  
sunt. **E**t dicent ubi sunt dii eorum  
in quibus habebant fiduciam de  
quorum victimis comedebant adi  
pes et bibebant uinum libaminum.  
**S**urgant et opitulentur uobis  
et in necessitate uos protegant.  
**V**idete quod ego sum solus  
et non sit alius deus propter me. **E**go  
occidam et ego uiuam faciam per  
cuciam et ego sanabo et non  
est qui de manu mea possit eru  
ere. **L**euabo ad celum manum  
meam et dicam uiuus ego metum.  
**S**i acuerit ut fulgur gladium me  
um et arripuerit iudicium manus  
meae. **R**eddami ultionem hosti  
bus meis et his qui oderunt  
me retribuam. **I**nebiabo sagit  
tas meas sanguine et gladius  
meus deurozabit carnes. **D**e  
eruo occisorum de captiuitate  
nudati inimicorum capitis.



**L**audate gentes populum eius quia  
 sanguinem seruatorum suorum ueliscetur.  
**E**t uindictam retribuet in hos-  
 tes eorum et propicius erit terre populi  
 sui. **V**enit ergo moyses et locu-  
 tus est omnia uerba cetera huius in  
 auribus populi ipse et iosue filius nun  
 compleuitque omnes sermones istos  
 loquens ad uniuersum israhel et dixit  
 ad eos. **P**onite corda uestra in omnia  
 uerba que ego testificor hodie uobis  
 ut mandetis ea filiis uestris custo-  
 dice et facite et implete uniuersa que  
 scripta sunt in uolumine legis huius  
 quia non in cassum precepta sunt  
 uobis sed ut singuli in eis uiuent  
 que facientes longum perseueretis tempus  
 in terra ad quam iordane trans-  
 missa ingrediemini possidenda.

**L**ocutusque est dominus ad moysen  
 in eadem die dicens. **A**scende in  
 montem istum abarim id est transi-  
 tum in montem nebo qui in terra  
 moab contra iericho: et uide terram  
 chanaan quam ego tradam filiis  
 israhel obtinendam: et morere in  
 monte. **Q**uem conscendens iu-  
 geris populis tuis sicut mortuus  
 est aaron frater tuus in monte  
 hor et appositus populis suis quia  
 puarati estis contra me in medi-  
 o filiorum israhel ad aquas contradic-  
 tionis in caedes deserti sui: et  
 non sacrificasti me inter filios israhel.  
**E** contra uidebis terram et non egre-  
 dieris in eam quam ego dabo fi-  
 liis israhel. **Capitulum xxxiiij.**

**E**t est benedictio  
 qua benedixit moyses ho-  
 dei filijs israhel ante mortem suam  
 et ait. **D**ominus de syna uenit:

et de seyr ortus est nobis. **A**paru-  
 it de monte pharan et cum eo  
 sanctorum milia in dextera eius ig-  
 nea lex. **D**ilexit populos:  
**O**mnes sancti in manu illius sunt  
 et qui appropinquant pedibus  
 eius accipient de doctrina illius  
 legem precepit nobis moyses. **H**e-  
 ditatem multitudinis iacob erit  
 apud rectissimum rex congrega-  
 tis principibus populi cum tribubus israhel.  
**V**iuat ruben et non moriatur.  
 et sit puulus in numero. **H**ec est  
 iude benedictio: audiui domine uocem  
 iude et ad populum suum introducit eum  
 magis ayanus eius pugnabit  
 pro eo et adiutor illius contra  
 aduersarios eius erit. **L**eui ait quor-  
 um perfectio tua et doctrina tua ui-  
 ro sancto tuo quem probasti in tem-  
 ptatione: et iudicasti ad aquas con-  
 tradictionis. **Q**ui dicit patri suo  
 et matri sue nescio uos et fratres  
 suos ignoro illos et nescierunt  
 filios suos. **H**ij custodierunt elo-  
 quium tuum et pactum tuum serua-  
 uerunt. **I**udicia tua o iacob et  
 legem tuam o israhel. **P**onent  
 thymama in furore tuo et  
 holocaustum super altare tuum. **B**ene-  
 dic domine fortitudini eius et  
 opera manuum illius suscipe. **P**ate-  
 dorsa inimicorum eius et que ode-  
 runt eum non consurgant. **E**t ben-  
 iamin ait. **A**mantissimus do-  
 mini habitabit confidenter in  
 eo quasi in thalamo tota die mo-  
 rabitur in humeris illius et  
 quiescet. **I**osep quoque ait. **D**e  
 benedictione domini terra eius.  
 de pomis celi et uoce atque abis

## Deutron

so subiacente de pomis fructuum  
solis ac lune de vitice antiquorum  
motum de pomis collium eter-  
norum et de frugibus terre et de  
plenitudine eius **Benedictio** il-  
lius qui apparuit in rubo veniat  
sup caput ioseph sup viticem na-  
zareti int fr̄es suos **Quasi** pmo  
gemini tauri pulchritudo eius cor-  
nuua rinocerotis cornua illius  
**In** ipis ventilabit gentes usq; ad  
terminos t̄re **Hec** sūt multitudi-  
nes ephraim et her milia ma-  
nasse et zabulon aut letare za-  
bulon in exitu tuo et ysachar  
in tab'nacl' tuis **Populos** ad  
montem vocabūt ibi immo-  
labūt victimas iusticie **Qui**  
mundationem maris quasi  
lac sugent et thesauros absco-  
ditos harenarū et gad dicit  
**Benedictus** in latitudine gad  
quasi leo requieuit **Cepitq;**  
brachium et viticem: et vidit p̄-  
cipatū suū quod in pte sua doc-  
tor eet repositus qui fuit cū  
p̄ncipib' ppli et fecit iusticias  
dm̄ et iudiciū suū cū isrl' **Dan**  
quoz ait **Dan** ratul' leonis  
fluet largit' de basan et nep-  
tali dicit neptalm habunda-  
cia p̄fructur et plenus erit be-  
nedictionis domini **Mane** et  
meridie possidebit **Aser** quoq;  
ait **Benedictus** in filijs aser-  
sit placens fr̄ibus suis **Lingu-**  
at in oleo pedem suū ferrū et  
es calciamentū eius **Sicut**  
dies iuuentutis tue: ita et se-  
necto tua **Non** est deus alius  
ut deus rectissimus astensor  
celi auxiliator tuus **Magnifi-**

centia eius discurrūt nubes habi-  
tacula eius sursum et subter bra-  
chia sempiterna **Eiciet** a facie tua  
mimicū: dicit q; conteret **Habi-**  
tabit isrl' confident' et solus ocul'  
iacob in t̄ra frumenti et vini celi  
q; caligabūt rore **Beatus** tu isrl'  
**Quis** filis tui pplē qui saluabis  
**In** dno scutu auxilij tui: et gladi'  
glorie tue **Regabūt** te inimici tui  
et tu eoz colla calcabis. **xxxiii.**

**A**scendit ergo moyses de cam-  
pestrib; moab sup monte  
nebo in viticem fassa contra  
ihericho: ostenditq; ei dñs omes  
t̄ram galaad usq; dan et uni-  
usum neptalm t̄ra q; ephraim  
et manasse et omem t̄ram  
usq; ad mare nouissimū et aus-  
tralem ptem et latitudinem cam-  
pi iericho ciuitatis palmarum  
usq; segoz **Dixitq;** dñs ad eum  
Hec est t̄ra pro qua iuravi abra-  
ham ysaac et iacob dicens **Se-**  
mini tuo dabo eam **Vidisti** eā  
oculis tuis: et non trāsibis ad illā  
**Mortuus** q; est ibi moyses ser-  
uus dm̄ in t̄ra moab iubente  
dno et sepeliuit eum in valle t̄-  
re moab cont' phogoz et non  
cognouit homo sepulchru eius  
usq; in p̄sente diem **Moses** t̄-  
tiam viginti annoz erat quādo  
mortuus est **Nō** caligauit ocul'  
eius: nec dentes illius moti sūt  
fleuerūtq; eū filij isrl' in campes-  
trib; moab **vxx** diebus et com-  
pleti sūt dies planctus lugena-  
um moysen **Josue** vero filius  
nūn repletus est spū sapencie

quia moyses posuit sup eum ma-  
nus suas et obedierunt ei filij  
isrl. feceruntq; sicut pcepit dñs  
moysi. **E**t non surrexit ppheta  
ult in isrl sicut moyses quem  
nosset dñs facie ad faciem in  
omnib; signis atq; portentis q  
misit per eum ut faceret in tra  
egypti pharaoni et omnib; ser-  
uis eius vniuseq; tre illius &  
cunctam manum robustam.  
magnaq; mirabilia que fecit  
moyses coram vniuso israhel.

**Explicit liber deuteronomy.**

**Incipit prologus in ihu naue.**

**T**andem finito pentha-  
teuco moysi veluti  
grandi fenore libe-  
rati ad ihu filiu naue manu  
mittim⁹ quem hebrei iosue ben-  
num id ē iosue filium nun vocat  
et ad iudiciū librum quem septimi  
appellant **A**d Ruth quoq; et hesi  
quos isdem noib; efferunt mone-  
ma q; lectorem ut siluam heb̄is  
rū nominū & distinctiones p memb  
diuisas diligens lector conseruet  
ne & nost' labor & illius studiū pe-  
reat et vt in p̄mis ut sepe testa-  
tus sum sciat me nō in rephen-  
sione veterū noua cude sicut ami-  
ci mei criminant' sed pro vili p̄te  
offic' lingue mee hominib; quos  
tamen nrā delectant ut p̄ grecor

que et sumpta & labore maximo  
indigent edicionem nostram ha-  
beant & sicubi in antiquorū uolu-  
minū lectione dubitauerint her il-  
lis conferentes inueiant quod re-  
quirant maxie cū apud latinos  
tot sint exemplaria qd' codices &  
vniuseq; pro arbitrio suo vel ad

diderit vel subtraxerit quod ei vi-  
sum est & utiq; non possit verū  
ēē quod dissonat vñ cesset arua-  
to vulne cont' nos insurgere  
scorpius & sem opus venenata  
carpe lingua desistat vel suspi-  
ciens si placet. uel contempnēs  
si displicet memineatq; illoz  
visum **O**s tuū habundauit ma-  
licia & lingua tua concinnabat  
dolos **S**edens adu'sa fr̄em tuū lo-  
quebaris et adu'sa filiu matris tue  
ponebas scandalum her fecisti  
et tacui **E**xistimasti inique qd'  
ero tui filius arguam te. & statu-  
am illa cont' faciem tuā **Q**ue  
enim audientis vel legentis utili-  
tas est. nos laborando sudare  
et alios detrahendo laborare do-  
lere iudeos quod calumpniandi  
eis & irridendi xpianos sit ob-  
lata occasio et ecclie homines  
id despice' immo lacerare. vñ  
adu'sa h' torqant' **Q**uod si ve-  
tus eis tantū in p̄tario placet  
quod et in non displicet et nichil  
ex recipiendum putant. cur  
ea que sub astericis et obelis  
vel addita sūt ul' amputata le-  
gūt & negligūt. **Q**uare dani-  
elem iuxta theodocionis trāsla-  
tionem ecclie susceperūt **C**ur  
origenem mirant' & eusebiū  
pamphili cūctas ediciones sicut  
dissentēs. aut q̄ fuit stulticia  
postquā dixerint proferte que  
falsa sūt. **V**ñ autem in nouo tes-  
tamēto pbare poterūt assump-  
ta testimonia que in libris ve-  
terib; nō habent' **H**ec dicimo  
ne omnino calumpnantibus ta-  
cere videam **C**eterum post

sc̄e paulē dormicionem cuius vita  
 exemplū vitutis est. ⁊ hos libros  
 quos custochio v̄gini xp̄i negatē  
 non potui decreuimus dum sp̄s  
 hos regit arcus p̄phetarū expla  
 nationi maumbē et omissum  
 iam diu opus quodam post  
 liminio repetere presertim  
 cū ⁊ amirabil' sc̄usq; vir pam  
 machius hoc idem lictis fla  
 gitet ⁊ nos ad patriam festina  
 tes mortiferos syrenarū can  
 tus surda aure debeamus trāse  
**Expliat plog? Inapiūt capla.**  
**Transito p̄ media castra**  
**Exploratores missi de sethim**  
**Exploratores raab otestat**  
**Ihesus populo dicit**  
 purificamini **Ubi do**  
 mino dicit ad ihm mapiam  
 te exaltae **Iordans sic**  
 catur **Parate duodecim**  
 viros ad lapides tollendos  
**Lapides sublati** **De**  
 instructione filiorū **Ihe**  
 sus exaltat **Sacerdo**  
 tes de iordane excesserūt  
**Item filij instruendi**  
**Genia reges territi**  
**De cultellis petrimis**  
**Quercusio** **Maledic**  
 tū ablatum **De pas**  
 cha **Manna defeat**  
**Angelus visus ē a io**  
 sue **Ihericho trūdai**  
 iubet **Ihesus dicit**  
 populo ne clamaueitis  
**De anathemate**  
**Muri ihericho ceciderunt**  
**De raab seruanda**  
**Maledictus qui edificauit ei**

uitatem iericho **Matthe**  
 ma qui cōcupiuit **Popu**  
 lus fugatus **Peccauit**  
 plebs **Ihesus de ana**  
 themate scrutatur  
**Achan de anathemate cōfusus**  
**Prima pugna ih̄t hav**  
 ciuitatem capit per insidias  
**Gentes adūsus ihm**  
 collecte **Ihesus altae**  
 edificat et ibi deuteronium  
 sribit **Ihesus legem**  
 benedictionum et maledictio  
 num oī populo legit  
**Gabaomite audiūt famam eis**  
**Ubi acceperūt oī**  
 gabaomitis pacem et dñm nō  
 nitrogauerūt **Gabas**  
 mite ligni cesores fā sūt  
**Rex iherlm adūsus gaba**  
 omitas cū alijs regibus cōueit  
**Gabaomite auxiliū**  
 petūt ab ih̄u **Lapidi**  
 bus celi reges genuū inter-fā  
**Stet sol in gabaon**  
 et luna in valle aalon  
**Reges in spelūca absconditi**  
**Reges de spelūca p**  
 ducti **Pedes sup cer**  
 uices regū positi **Re**  
 giones quas cepit ih̄us cū suis  
 regib; macedon et omēs habi  
 tates eius **De lebna**  
 in lachis trāsiuit **Iram**  
 aurihatur lachis  
**Agglom expugnata**  
**Abion capta** **Dabit cepit**  
 atq; uastauit **Teram**  
 montuosam cepit **Iabin**  
 cōgregat omēs cont' ihesum

**Q**ui genciū subneruati  
**Q**uuitates muratas non  
 succendit uel depictas **D**o-  
 minus dedit in id agendum ut  
 bellarent et non habent mīam  
**I**achmei extirinati  
**N**omina regū mīscōz a moy-  
 se **R**eges quos ihesus  
 mīfecit **T**erra expug-  
 nata et in hereditate distribu-  
 ta **D**iuisio tēre quam  
 moyses duabus tēbus et dimi-  
 die tēsiordanen dedit  
**S**ors tribus ruben **S**ors  
 filioz gad **S**ors dimi-  
 die tēsiordanen **I**tem  
 ihus et eleazar et pīncipes tēre  
 nouem tēbus diuidunt  
**C**aleph ad ihū loquitur  
**N**omen ebron que pīus uoca-  
 batur caricharbe **S**ors  
 tēbus iuda **C**aleph pī-  
 mī filios iuda **C**aleph  
 pī ciuitatem littāz aaron filiā  
 suam dedit octomiel  
**F**ilia caleph partem agri a  
 patre postulat **N**omi-  
 na ciuitatū iuda **N**omi-  
 na ciuitatū q̄ sūt in campestribz  
**I**ebuseum quem iu-  
 das expugnare nō potuit  
**S**ors filioz ioseph  
**T**erminū ephraym  
**Q**uem ephraym nō expugna-  
 uit **S**ors filioz ma-  
 nasse **D**e zalphaad  
**F**iliozū manasse ter-  
 minū **Q**uem manas-  
 ses expugnare nequiuit  
**C**ongregatio filiozū israhel

in sylo **I**hesus. vii.  
 tēbus semel tēram partit et  
 mittit viros ad tēm nandum  
**S**ortes misse i sylo  
**S**ors prima tēbu beniamin  
**N**omina ciuitatū  
 beniamin **S**ors se-  
 cūda filioz symeon  
**S**ors tēra filiozū zabulon  
**S**ors quarta filioz  
 ysachar **S**ors q̄nta  
 filioz aser **S**ors sev-  
 ta filiozū neptalim  
**S**ors septima filiozū dan  
**F**ilij dan pugnauerūt  
 contra lesem et ceperūt eam  
**Q**uuitas quā filij isrl  
 ihū dederunt **P**recep-  
 tum ciuitatū refugij  
**N**omina ciuitatū refugij  
**F**ilij leui pī ciuitates  
 impellauerūt et acceperunt  
**S**ors populi chaad  
**S**ors filiozū gerson  
**S**ors filiozū merari  
**E**bron ciuitas refugij  
 filijs aaron data **Q**uuitas  
 refugij filiozū gerson **Q**ui-  
 tas refugij filiozū merari  
**D**ns sicut promisit impleuit  
**R**uben et gad ihc reuēti iu-  
 bet in tēram suam **D**e  
 ara quā due tēbus et dimidie  
 edificauerūt **I**hesus  
 populū nouissime attestatur  
**I**hesus dicit ecce decurto mā  
**D**e scabonibus quos  
 misit domina **L**iberū  
 arbitriū **N**on potestis  
 seruire domino q̄ d̄s sc̄us ē

De lapide testamenti.  
Incipit lib Josue venum. C. 1.

**E**t factum est  
 ut post mor-  
 tem moysi  
 serui domini  
 loqueret dñs  
 ad Josue filiu  
 num ministr  
 moysi ⁊ diceret ei **M**oyses serui  
 meus mortuus est: surge ⁊ tra-  
 si iordanen istum tu et omis  
 populus tecum in terram qua  
 ego dabo filiis isrl. **O**mniem lo-  
 cum que calcavit uestigiū pedis  
 vñ vobis tradam sicut locutus  
 sum moysi: a deserto et lyba-  
 no usq; ad flumen magnū eu-  
 phraten. **O**mnis terra etheorū  
 usq; ad mare magnū contra  
 solis occasum erit terminus vñ.  
**N**ullus vob resistere potest cū-  
 tis diebz vite tue. **S**icut fui  
 cū moysi ero ⁊ tecum. **N**on  
 dimittam nec derelinquam  
 te. **C**onfortare et esto robus-  
 tus: tu em sorte diuides pplo  
 huius terram pro qua iuravi pa-  
 tribus tuis ut tradem eam illi.  
**C**onfortare igit ⁊ esto robus-  
 tus valde: ut custodias ⁊ faci-  
 as omem legem qua pcepit  
 tibi moyses seruus meus. **N**e  
 declines ab ea ad dextram ul'  
 ad sinistram ut intelligas cur  
 ta q agis. **N**on recedat uolu-  
 men legis huius de ore tuo: s;  
 meditaberis i eo diebz ac noc-  
 tibus: ut custodias ⁊ facias oia  
 que scripta sūt in eo. **T**u diges

viam tuam ⁊ intelliges eam.  
**E**cce p̄cipio tibi confortare ⁊ esto  
 robustus. **N**oli metuer ⁊ noli ti-  
 mere quoniam tecum est dñs  
 deus tuus in omnibus quecuq;  
 pertereis. **P**recepitq; io-  
 sue p̄cipibus ppli dicens **T**ran-  
 site p̄ mediu castror ⁊ impate  
 pplo ac dicite. **P**arate vobis ci-  
 baria quonia post diem etiam  
 transibitis iordanen istum ⁊ intra-  
 bitis ad possidendam terram qua  
 dñs deus vñ daturus est vobis.  
**R**ubenitis quoquoq; ⁊ gadditis  
 ⁊ dimidie tribu manasse ait.  
**M**emento sermoms quem p̄ce-  
 pit vobis moyses famulus do-  
 mini dicens. **D**ñs deus vest  
 dedit vobis requiem ⁊ omem  
 terram vxores vñ ⁊ filij ac iu-  
 menta manebūt in terra qua  
 tradidit vob moyses trans ior-  
 danen. **V**os autem transite ar-  
 mati ante fr̄es vñs: omes for-  
 tes manu ⁊ pugnate pro eis  
 donec det requiem dñs fr̄ibus  
 vñs sicut ⁊ vobis dedit: et possi-  
 deant ipi quoq; terram qua dñs  
 deus vñ daturus est eis: ⁊ sic reu-  
 tinim in terram possessionis vñe  
 ⁊ habitabitis in ea quam vo-  
 bis dedit moyses famulus dñi  
 trans iordanen: contra solis ortū.  
**R**nderuntq; ad iosue atq; dice-  
 runt. **O**mnia q pcepisti nobis  
 faciem⁹ ⁊ quocūq; miseris  
 ibimus. **S**icut obediūmo in  
 cunctis moysi: ita ⁊ obediēmo  
 et tibi. **T**antum sit dñs deus te-  
 cū sicut fuit cū moysi. **E**t conf

dixerit ori tuo et nō obedierit  
cunctis sermonib⁹ quos p̄cepis  
ei: moriat⁹ Tu tantū cōforta  
re et vilitate age. **Capitulum. ij.**

**M**isit ergo Iosue fi  
lius nūn de sathim du  
os viros exploratores abscondite  
& dixit eis Ite considate terrā  
urbemq; iericho Qui domū  
p̄gentes ingressi sūt mulier  
meretrix noīe raab: & que  
uerūt apud eam Nūciatūq; est  
regi iericho & dictū Ecce viri  
ingressi sūt huc p̄ noctem de  
filij isrl' ut explorent terrā Mi  
sit ergo rex iericho ad raab  
dicens Educ viros qui vene  
rūt ad te: & ingressi sūt domū  
tuam Exploratores quippe sūt  
& considerate omnem terram uene  
rūt Tollēs q; mulier viros ab  
scondit & ait fateor uenerūt  
ad me: sed nesciebam unde es  
sent Cumq; porta clauderet  
in teneb⁹ et illi parit' erierit  
nescio quo abierūt. P̄sequi  
mi cito & comprehendētis eos.  
Ipsa autem fecit ascende' viros  
in solaiū domus sue Operuit  
q; eos hinc stipula que ibi erat hii  
autem qui missi fuerant secuti sūt  
eos p̄ viam que ducit ad vadū  
iordanis Illis q; egressis statim por  
ta clausa ē Nec dum obdormi  
erant qui latebant & ecce muli  
er ascendit ad eos & ait Noui  
quod tradiderit dñs uobis terrā  
& enim irruit in nos terroꝝ ur:  
& elanguerūt omēs hīatores t'  
re Audiuim⁹ quod sicauerit

dñs aquas maris rubri ad uim  
introitum quando egressi estis  
ex egypto & que feceritis duobus  
regib⁹ amorreoz qui erant tñs  
iordanen seon et og quos int'  
fecistis Et hec audientes p̄tinui  
mus et elanguit cor nostrum  
nec remansit in nobis spūs ad  
introitū uim dñs em̄ deus ur  
ipe est de⁹ in celo sursum & in  
terra deorsum **N**unc g  
iurate michi p̄ dñm ut quomo  
do ego feci uobiscū misericordiā  
ita et uos faciatis cū domo pa  
tris mei Detis q; michi signū  
uerū & saluetis p̄tē meū & ma  
trem fr̄s & sorores meas &  
omnia que eoz sūt et eruat  
aias ur̄as de morte **Q**' respō  
derūt ei Aīa nr̄a sit pro nobis  
in morte: si tamē non p̄didit  
nos Cūq; tradidit dñs nob'  
terram faciem⁹ in te mīam &  
uitatem Dimisit ergo eos p̄  
funem de fenestra Domus em̄  
eius heerebat muro Dixitq; ad  
eos Ad montana conscendite ne  
forte occidant uob' reuētes Ibi  
q; latete t̄bus dieb⁹ donec re  
deant & sic ibitis p̄ viam ur̄am  
Qui dixerūt ad eam Innoxij  
erimus a iuramēto hoc quo  
adiurasti nos: si ingredientib⁹  
nobis terram signū fuit funiculus  
iste coctineus & ligaueris eum  
in fenestra p̄ quā nos dimisisti  
et p̄tē tuam ac mīem fr̄s  
q; & omnem cognationem tuā  
congregauis in domū tuā **Q**'  
ostium dom⁹ tue egressus fuit  
sanguis ip̄s erit in caput ei⁹  
& nos erimus alij **C**ūtoꝝ at

sanguis qui teñi fuerint in domo  
 redundabit in caput m̄m: si eos  
 aliquis tetigerit. Quod si nos pro  
 dere volueris et sermonem istū  
 proferte in medium erimus mū  
 di ab hoc iuramento quo adiu  
 rasti nos & illa respondit. Sicut  
 locuti estis ita fiat dimittensq;  
 eos ut pgerent appendit sum  
 culū cocineum in fenest. Illud  
 ambulantes puenerūt ad mō  
 tana & manserūt ibi tres dies  
 donec reuerent qui fuerāt psecu  
 ti. Quētes enim p omē viā  
 non reppererūt eos. Quibus  
 urbem ingressis reūsi sūt et des  
 cenderūt exploratores de mon  
 te & iordane transmissi uenerūt  
 ad iosue filiū nun narrauerūtq;  
 ei omnia que acciderant sibi atq;  
 dixerūt. Tradidit dñs in manū  
 vr̄s omē terram hāc et timorē  
 prostrati sūt cūcti habitatores eius  
 gitur iosue de **Caplm. iij.**

**T** nocte consurgens mouit castra  
 Egredientes q; de sathim. uene  
 rūt ad iordanen ipse & omēs  
 filij isrl. & morati sūt ibi per  
 tres dies. Quibus euolutis  
 trāserūt pcones p castrorū me  
 dium & clamare ceperūt. Quā  
 do uideritis archam federis do  
 mini dei vr̄i & sacerdotes str̄pis  
 leuitice portantes eam. uos quo  
 q; consurgite & seqm̄ini pceden  
 tes: sitq; inter uos et archam  
 spaciū cubitorū duorū milia. ut  
 procul uide possitis. & nosse p  
 quam viam ingrediamini in: q;  
 prius non ambulastis p eam  
 & caueat ne appropinquetis  
 ad archam. **D**ixitq; io  
 sue ad pplm̄ **S**anctificamini: cras

enim faciet dñs int̄ uos mirabi  
 lia & ait ad sacerdotes. Tollite ar  
 cham federis & pcedite pplm̄. Et  
 iussa splentes tulerūt & ambu  
 lauerūt an̄ eos. **D**ixit dñs

dñs ad iosue. **H**odie incipiam eo  
 altare te coram omni isrl: ut  
 sciant qd sicut cum moyse fui ita  
 & tecum sim. Tu autem precipe  
 sacerdotib; qui portant archam  
 federis et dic eis. Cum ingressi  
 fueritis ptem aque iordanis sta  
 te in ea. **D**ixitq; iosue ad filios  
 isrl. **A**ccedite huc & audite uerba  
 domini dei vr̄i. **E**t rursum. **I**n h̄  
 inquit scietis quod dñs deus ui  
 uens in medio vr̄i est: & disper  
 det in consp̄u vr̄o chanaanem  
 etheum. eueum & pherezeum ger  
 geseum quoq; et amorreum et  
 iebuseum. **E**cce archa federis do  
 mini omnis terre antecedit uos  
 p iordanen parate vii. viros de  
 tribub; isrl. singulos p singulas  
 tribus. **E**t cū posuerint uestigia  
 pedum suorū sacerdotes qui portant  
 archam domini dei vniūse t̄re  
 in aquas iordanis. aque que in  
 feiores sūt decurrent atq; defi  
 cient. Que autem desup ueni  
 unt in una mole consistent.  
**I**git̄ egressus est pplus de tab  
 naculis suis ut trāserent iordanen  
 et sacerdotes qui portabant archā  
 federis pgebant ante eū. **I**ngres  
 susq; eis iordanen & pedibus  
 eorū tinctis in parte aque ior  
 danis autem ripas aluei suite  
 pore messis impleuēat: steterūt  
 aque descendentes in uno loco  
 et ad instar mōtis itumescētes



apparabant procul ab urbe que  
vocat edom usque ad locum sarchan  
Que autem inferiores erant in  
mare solitudinis quod nunc vocat  
mortuum descenderunt usquequo  
omnino deficerent Populus autem  
incedebat contra iordanem et sacer-  
dotes qui portabant arcam fe-  
deris domini stabant super siccam hu-  
mum in medio iordanis accincti  
omnisque populus per ardentem al-  
veum transibat **Capitulum . iij .**

**Q**uibus transgressis dixit  
dominus ad iosue Elige vi-  
vulos singulos per singulas tribus  
et scipe eis ut tollant de medio  
iordanis alveos ubi steterunt sacer-  
dotum pedes duodecim durissimos  
lapides quos ponetis in loco cas-  
trorum ubi fueritis hac nocte tento-  
ria

**U**scavitque iosue duo-  
decim viros quos elegerat de filiis  
israhel singulos de tribubus singulis  
et ait ad eos Ite ante arcam  
domini dei vestri ad iordanis medium  
et portate inde singuli singulos  
lapides in humeris vestris iuxta  
numerum filiorum israhel: ut sit signum  
inter vos

**E**t quando intro-  
gauerint vos filii vestri et dixerint  
quid sibi voluit isti lapides res-  
pondebitis eis. defecerunt aque  
iordanis ante arcam federis  
domini cum transiret eum idcirco posi-  
ti sunt lapides isti in monumen-  
tum filiorum israhel usque in eternum. fe-  
cerunt ergo filii israhel sicut eis pre-  
cepit iosue portantes de medio  
iordanis alveos duodecim lapides  
ut ei dominus imperasset iuxta nume-  
rum filiorum israhel. usque ad locum in quo  
castra metati sunt ibique posuerunt

eos. Alios quoque duodecim lapides  
posuit iosue in medio iordanis  
alveos ubi steterunt sacerdotes qui  
portabant arcam federis et sunt  
ibi usque in presentem diem. Sacer-  
dotes autem qui portabant arcam  
stabant in iordanis medio: do-  
ner omnia compleret que iosue  
ut loqueretur ad populum precepit domi-  
na et dixerat ei moyses. Festinavit  
populus et transiit. Cumque transissent  
omnes transiit et arca domini:  
sacerdotes quoque pregebant ante populum. filii  
quoque ruben et gad et dimidia  
tribus manasse armati prece-  
bant filios israhel sicut eis precepit  
moyses: et quadraginta pugna-  
torum milia per turmas et cuneos  
incedebant per plana atque cam-  
pestris urbis iericho

**I**n il-  
lo die magnificavit dominus iosue  
coram omnibus israhel: ut timeant eum  
sicut timeverat moysen dum ad-  
huc viveret

**D**ixitque ad  
eum. Scipe sacerdotibus qui portant  
arcam federis ut ascendunt de ior-  
dane. Cui precepit eis dicens  
ascendite de iordane. Cuique ascen-  
dissent portantes arcam federis  
domini et siccam humum calcare ce-  
pissent. reversa sunt aque in alveum  
suum et fluebant sicut ante con-  
sueverant. Populus autem ascen-  
dit de iordane decimo die men-  
sis primi. et castra metati sunt in  
galgalis contra orientalem plagam  
urbis iericho. Duodecim quoque  
lapides quos de iordanis alveos  
supserant posuit iosue in galgal

**E**t dixit ad filios israhel. Qua-  
do introgauerint filii vestri et dixerint

patres suos & dixerunt eis quid  
sibi uolunt isti lapides docebitis  
eos atque dicetis **P**arentem al  
uam trisunt isrl' istu iordane  
sicante dno deo nro aquas eis  
in cospu nro - donec trisuenus  
sicut fecerat pns in mari rub  
quod sicrauit donec trisuenus  
ut distant omnes tzenaru ppli  
fortissima dm manu. tunc uos  
timeatis dnm deū vrm oī tpe.

**P**ostquam **Caplm. v.**  
ergo audierunt omnes re  
ges amoruoz qui habitabant  
trnsiordanen ad orientala pla  
gam. & cuncti reges chanaan qui  
ppinqua possidebant magni  
maris loca quod sicraisset dñs  
fluenta iordanis corā filijs isrl'  
donec trisuenus dissoluta est  
cor eoz et nō remansit ī eis  
spūs timenciū introitū isrl'

**E**o tempore ait dñs ad io  
sue. fac tibi cultros lapideos. &  
ctūcide scds filios isrl'.

**F**ecit quod iusserat dñs & cir  
cumcidit filios isrl' in colleppu  
riorum. **H**ec autem causa est  
secūde ctūcisiōis. **O**mnis ppl's  
qui egressus est ex egipto gene  
tis masculini vniūsi bellatoēs  
viri mortui sūt in deserto per  
lōgissimos die ctūctus: qui oēs  
ctūcti erant. **P**opulus autē  
qui natus est in deserto p qua  
draginta annos itineris latissime  
solitudinis incūctus fuit don  
cōsumerent qui non audierāt  
uocem dñi et quib' ante iura  
ueat ut ostenderet eis firm lac  
te & melle manantem. **H**ozū  
filij in locū successerūt patrum  
& ctūcti sūt ab iosue: quia sicut

nati fuerant in spūcio erant nec  
eos aliquis in via ctūctiderat post  
quam autem omēs ctūcti sūt mā  
dominus. Vos reliquistis me et ego  
reliqui vos in manu sesach.  
Consternatique principes israhel et  
rex dixerunt. Iustus est dominus. Cum  
que vidisset dominus quod humiliati  
essent: factus est sermo domini ad  
semeiam dicens. Quia humili-  
ati sunt non dispendam eos: dabo

que eis paucillum auxilij et non fallabit  
furoz meus super iherusalem per manum sesach.  
**C**eruptamen seruiet ei ut sciat  
distantiam seruitutis mee: et serui-  
tutis regni terrarum. **R**ecessit itaque  
sesach rex egipti ab iherusalem: sublatis  
thesauris domus domini et domus  
regis/ omniaque secum tulit. et cli-  
peos aureos quos fecerat salomon:  
pro quibus fecit rex eneos. et tra-  
didit eos principibus scutariorum qui  
custodiebant vestibulum palatii. Cum  
que introiret rex domum domini. vene-  
bant scutarii et tollebant eos: iterumque  
referabant ad armamentarium suum.  
**V**eritamen quia humiliati sunt.  
ausa est ab eis ira domini: nec delicti  
sunt penitus. **D**iquidem et in iuda  
inuenta sunt opa bona. **C**onfortatus  
est igitur rex roboam in iherusalem. at-  
que regnavit. **Q**uadragesima autem  
et unus annus erat cum regnare  
cepisset: et decem septemque annis  
regnavit in iherusalem urbe quam  
elegit dominus. ut confinaret nomen  
suum ibi de cunctis tribubus israhel: nomen  
que matris eius naama. **A**mmoni-  
tes fecit autem malum: et non  
parauit cor suum ut quere-ret dominum.  
**O**pa vero roboam prima et nouis-  
sima scripta sunt in libris semeie pro-  
phete et addo videntis et diligenter  
exposita. **P**ugnaueruntque aduersum  
se roboam et iheroboam cunctis diebus.  
**E**t dormiuit roboam cum patribus  
suis sepultusque est in ciuitate dauid:  
et regnavit abia filius eius pro eo.  
**A**nno octauo. **Capitulum xiiii**  
**D**ecimo regis iheroboam reg-  
navit abia super iudam. **T**ribus

annis regnauit in iherosolymis / nomenque  
 matris eius maacha filia uriel de  
 gabaa Et erat bellum inter abia  
 et iheroboam Cumque inisset abia  
 certamen. et haberet bellicosissimos  
 viros et electorum <sup>et</sup> milia: ihero-  
 boam **Q**uoniam instruxit aciem et con-  
 struxit milia viros. qui et ipsi  
 electi erant et ad bella fortissimi  
**S**tetit igitur abia super montem seme-  
 ron qui erat in ephraim: et ait  
 Audi iheroboam. et omnis israel  
 Num ignoratis quod dominus deus israel  
 dedit regnum dauid super israel in sem-  
 piternum: ipsi et filii eius pactu salu-  
 tis. Et surrexit iheroboam filius  
 nabath seruus salomonis filii da-  
 uid: et rebellauit contra dominum suum co-  
 nigatiq; sunt ad eum viri vanissi-  
 mi. filiiq; belial: et preualuerunt  
 contra iheroboam filium salomonis  
**P**orro iheroboam erat iudis et cor-  
 de pauidus: nec poterat resistere eis.  
**H**uc ergo vos dicitis quod resistere  
 possitis regno domini quod possidet  
 per filios dauid: habetisq; grandem  
 populi multitudinem. atq; vitu-  
 los aureos quos fecit vobis ihe-  
 roboam in deos: et eiecistis sacer-  
 dotes domini filios aaron atq; leui-  
 tas: et fecistis vobis sacerdotes sicut  
 omnis populi terrarum Quicumq; vene-  
 rit et imitauerit manum suam in  
 tauro. in bubus et in arietibus  
 septem: fit sacerdos eorum qui non  
 sunt domini **N**osce autem dominus deus  
 est quem non derelinquimus / sac-  
 ritesq; ministrant domino de filiis a-  
 aaron. et leuite sunt in ordine suo:

holocausta quoque offerunt domino per  
 singulos dies mane et vespere. et  
 thymiana iuxta legis precepta con-  
 factum: et proponunt panes in mensa  
 mundissima Etque apud nos can-  
 delabrum aureum. et lucerne eius:  
 ut accendantur semper ad vespertam  
**N**os quippe custodimus precepta domini  
 dei nostri: quem vos reliquistis Ergo  
 in exercitibus meis dominus deus est: et  
 sacerdotes eius: qui clangunt tubis  
 et resonant contra vos filii israel  
 nolite pugnare contra dominum deum pa-  
 trum vestrorum: quia non vobis expedit  
**H**ec illo loquente: iheroboam re-  
 tro moliebat insidias Cumque ex-  
 aduerso hostium staret: ignorantem  
 iudam suo ambiebat exatu Res-  
 piciensq; iudas vidit instare  
 bellum et exaduerso et post ter-  
 ram et clamauit ad dominum: ac sac-  
 rites tubis tunc ceperunt **D**omi-  
 nesq; viri iuda vociferati sunt  
 Et ecce illis clamantibus preterit deus  
 iheroboam et omnem israel qui stabat  
 exaduerso abia et iuda: fugeruntq;  
 filii israel iudam: et tradidit eos deus  
 in manu eorum **P**erussit ergo eos  
 abia et populus eius plaga magna:  
 et corruerunt vulnecati ex israel quin-  
 genta milia virorum forcium **H**umi-  
 liatiq; sunt filii israel in tempe illo.  
 et vehementissime confortati  
 filii iuda: eo quod sperassent in  
 domino deo patrum suorum **P**secutus est  
 autem abia fugientem iherobo-  
 am et cepit ciuitates eius bethel.  
 et filias eius et ihesena. cum

filii eius: ephron quoque et filii eius nec valuit ultra resistere iheroboam in diebus abia: quem percussit dominus et mortuus est. Igitur abia confortato in impio suo: accepit uxores quatuordecim. peperitque xvii filios et sedecim filias. Reliqua autem sermone abia variisque et operibus eius scripta sunt diligentissime in libro prophete addo. **Capitulum xiiii**

**D**ormiuit autem abia cum patribus suis: et sepelitur eum in civitate dauid. Regnavitque asa filius eius pro eo: In cuius diebus quiescit terra annis decem. Fecit autem asa quod bonum et placitum erat in conspectu dei sui: et subvertit altaria pechini cultus et exelpha. et confregit statuas lucosque succidit: ac precepit iude ut quere-ret dominum deum patrum suorum. et faceret legem et universa mandata. Et abstulit eac-tis urbibus iuda aras et fana: et regnavit in pace. Edificavit quoque urbes munitas in iuda. quia quietus erat. et nulla temporibus eius bella surrexerant pace domino largiente. Dixit autem iude. Edificemus civitates istas et vallem muris et roboremus turribus et portis et seris donec a bellis quiescunt omnia: eo quod quesierimus dominum deum patrum nostrorum. et dedit nobis pacem per gratiam. Edificaverunt igitur: et nullum in construendo impedimentum fuit. Habuit autem asa in exercitu suo portacum scuta et hastas de iuda trecenta milia: de beniamin vero scutarios et sagittarios ducenta

lx octoginta milia. Omnes ipsi viri fortissimi. Egressus est autem contra eos zairia et yops cum exercitu decem centenis milibus et curribus trecentis: et venit usque maresa. Porro asa prexit obviam. et instravit aciem ad bellum in valle sephata. que est iuxta maresa: et invocavit dominum deum et ait. Domine non est apud te ulla distantia. utrum in paucis auxiliaberis an in pluribus. Aduva nos domine deus meus: in te enim et in nomine tuo habentes fiduciam. venimus contra hanc multitudinem. Dominus deus nostrum es: non prevaleret contra te homo. Excitavit itaque dominus ethyopes coram asa et iuda. fugeruntque ethyopes. et persecutus est eos asa et populus qui cum eo erat usque gerata. Et ruerunt ethyopes usque ad infirmitatem: quia domino cedente ceciderunt. et exercitu illius perierunt. Tulerunt igitur spolia multa: et percusserunt omnes civitates per circuitum gerate. Grandis quoque prope cunctos prior invaserat: et diripuerunt urbes. et militiam fidam asportaverunt. Sed et caulas ovium destruentes tulerunt pecorum infinitam multitudinem et camelorum: reliqua sunt iherusalem. **Capitulum xv.**

**A**zarias autem filius obed factus in se spiritu dei egressus est in occursum asa et dixit ei. Audite me asa: et omnis iuda et beniamin. Dominus vobiscum: quia fuistis cum eo. Si quesierit eum

inueniens: si autem derelinqueris  
derelinquet vos. Transibunt autem  
multi dies in israhel absque deo vero:  
et absque sacerdote, doctore et absque  
lege. Cumque reuersi fuerint in an-  
gustia sua, clamaueruntque ad dominum  
deum israhel et quesierunt eum reperi-  
ent eum. In tempore illo non erit  
pax egredienti et ingredienti: sed  
terrores undique in cunctis habita-  
tionibus terrarum. Pugnabit enim  
gens contra gentem, et ciuitas contra  
ciuitatem: quia dominus conturbat eos  
in omni angustia. Vos ergo  
confortamini, et non dissoluatur ma-  
nus uestra: erit enim merces operis uestra.  
Quod cum audisset asa, uerba sti-  
licet et prophetiam azarie filij obed  
prophete confortatus est: et abstulit  
ydola de omni terra iuda et benia-  
min, et ex urbibus quas cepat mo-  
tus ephraim, et dedicauit altare  
domini quod erat ante porticum  
domini. Congregauitque uniuersum iu-  
da et beniamin et aduenas cum  
eis de ephraim, et manasse et  
de symeon: plures enim ad eum con-  
fugerant ex israhel: uidentes quod  
dominus deus illius esset cum eo. Cumque  
uenisset iherosolimam mense tertio anno  
quintodecimo regni asa: immo-  
lauerunt domino in die illa de ma-  
nubus et pida quam adduxerant,  
boues septingentos, et arietes sep-  
tem milia. Et intrauit ex more  
ad corroborandum fedus ut que-  
reret dominum deum patrum suorum in toto  
corde et in tota anima sua. Si-  
quis autem inquit non quesierit  
dominum deum israhel moriatur a mini-  
mo usque ad maximum: a uero us-  
que ad mulierem. Iuraueruntque domino

uocem magna in iubilo, et in clau-  
gore tube, et in sonitu bucinarum:  
omnes qui erant in iuda cum exera-  
tione. In omni corde suo iurau-  
erunt, et in tota uoluntate quesierunt  
eum et inuenerunt: prestiteruntque  
eis dominus requiem per circuitum, sed  
et maacham matrem asa regis  
ex augusto deposuit impio, eo quod  
fecisset in luto simulachrum priapi:  
quod omne contuit, et in frustra  
commuens combussit intorrenscente ce-  
dron: excelsa autem delicta sunt  
in israhel. Attamen cor asa erat p-  
fectum cunctis diebus eius, eaque uo-  
uerat patris sui et ipse intulit  
in domum domini: argentum et aurum  
uasorumque diuersam suppellectilem.  
Bellum uero non fuit usque ad tricesi-  
mum annum regni asa. **Capitulum. xxij.**

**A**nno autem xxxvij. regni  
eius ascendit baasa rex israhel  
in iuda, et muro circumdabat ierusa-  
lem ut nullus tunc posset egredi et  
ingredi de regno asa. Protulit  
ergo asa argentum et aurum  
de thesauris domus domini et de the-  
sauris regis misitque ad bena-  
dab regem syrie qui habitabat  
in damasco dicens, fedus inter  
me et te est, pater quoque meus  
et pater tuus habuere concordiam.  
Quam obrem misit tibi argen-  
tum et aurum: ut rupto federe quod  
habes cum baasa rege israhel, facias  
eum a me recedere. Quo compto  
benadab misit principes exercituum  
suorum ad urbes israhel: qui percuss-  
erunt ahylon et elan et abelma-  
im: et uniuersas urbes mutatas  
neptalim. Quod cum audisset ba-

asa. desit edificare rama: et intin-  
 sit opus suū. Porro asa rex assūp-  
 sit vniuersam iudam. et tulerūt la-  
 pides de rama et ligna que edifi-  
 cationi parauāt baasa edificauit  
 q̄ ex eis gabaa et maspha. Intē-  
 pore illo uenit anani p̄pheta ad  
 asam regem iuda: et dixit ei.  
 Quia habuisti fiduciam in rege  
 syrie. et non in dño deo tuo: idē  
 eo euasit regis syrie exercitus  
 de manu tua. Nonne ethiopes  
 et libies multo plures erant qua-  
 drigis ⁊ equitib⁹ et multitudie  
 nimia quos cum dño credidisses  
 tradidit in manu tua. Oculi  
 enim eius cōtemplant vniuersā  
 terram: et p̄bet fortitudinem hys  
 qui corde p̄fco credūt in eum.  
 Stulte igitur egisti: et p̄ hoc  
 ex p̄senti tempe contra te bella  
 cōsurgēt. Itaq; asa adūsus  
 uidentem: iussit eum mitti in  
 neruum. Valde quippe sup hoc  
 fuit dñs indignatus: et inter-  
 fecit de p̄plo in tempe illo pluri-  
 mos. Opa autem asa p̄ma et  
 nouissima sc̄pta sūt in libro re-  
 gum iuda ⁊ isrl. Egrotauit e-  
 tiam asa anno xxxviii regni  
 sui dolore pedum vehementissi-  
 mo. et non in infirmitate sua  
 q̄siuit dñm. sed magis in medi-  
 corū arte confisus est. Dormiuit  
 q̄ cum p̄rib⁹ suis. et mortuus  
 est anno quadragesimo p̄mo  
 regni sui: et sepelietur eum in  
 sepulchro suo quod foderat sibi  
 in ciuitate dauid: posuerūtq;  
 eū sup lectum suū plenū aro-

matibus. et unguentis meretricijs q̄  
 erant p̄gmetariorū arte cōfecta: et  
 combusserūt sup eo ambitione in-  
 imia. **Cap. decimū septimū**  
**R**egnauitq; iosaphat filius eius  
 pro eo: et inualuit cont̄ isrl  
 cōstituitq; militū numerū in cūctis  
 urbibus iuda: que erant uallate  
 muris/ p̄sidiq; deposuit in tra-  
 uida: ⁊ in ciuitatibus ephraym q̄s  
 cepat asa p̄ eius. Et fuit dñs cū  
 iosaphat quia ambulauit in uis  
 dauid patris sui p̄mis. et non spa-  
 uit in baalim. sed in deo patris  
 sui: et prexit in p̄ceptis illius ⁊  
 non iuxta p̄cā isrl/ cōfirmauitq;  
 dñs regnum in manu eius. Et  
 dedit om̄s iuda munera iosaphat:  
 fr̄q; sūt ei infimite diuicie ⁊ multa  
 gloria. Cumq; sumpsisset cor eis  
 audacia p̄t uias dñi: etiam ex-  
 celsa ⁊ lucos de iuda abstulit. T̄-  
 ria autem anno regni sui misit  
 de p̄ncipibus suis benail et obdi-  
 am. et zachariam. et nathanael.  
 ⁊ micheam. ut docerēt in ciuitatib⁹  
 iuda. et cū eis leuitas semeiam ⁊  
 nathaniam et zabadiam/ asael  
 quoq; et semiramoth ⁊ ionathan.  
 adoniam et tobiam et tobado-  
 miam leuitas: et cū eis elizama  
 et ioram sac̄dotes. Docerantq;  
 in iuda. habentes librū legis dñi:  
 et cūcubant cūctas urbes iuda  
 atq; erudiebant pplm. Itaq; fact⁹  
 ē pauor dñi sup om̄ia regna  
 terrarū que erant p̄ gyrū iuda:  
 nec audebat bellare cont̄ iosa-  
 phat. ⁊ et philistei iosaphat  
 munera deferebant: et uectigal



argenti / arabes quoque adducebant  
 pecora. arietum septem milia, septem  
 gentos. et hircos totidem. Creuit  
 ergo iosaphat et magnificatus  
 est usque in sublime. atque edifica-  
 uit in iuda domos ad instar tur-  
 rium. urbes quoque muratas: et multa  
 opera parauit in urbibus iuda. Vi-  
 ri quoque bellatores et robusti erant  
 in iherosolymis: quorum iste est numerus  
 pro domos atque familias singulorum.  
 In iuda princeps exercitus eduas  
 dux: et cum eo robustissimorum centum  
 milia. Post hunc iohannan princeps:  
 et cum eo ducenta sexcenta milia. Post  
 istum quoque amasias filius zechari  
 consecratus domino: et cum eo centum milia  
 virorum fortium. Hunc sequebatur robustus  
 ad phia behadai: et cum eo tene-  
 rum arcum et clipeum ducenta milia.  
 Post istum etiam iosabad: et cum  
 eo centum sexcenta milia expeditorum  
 militum. Hii omnes erant ad ma-  
 num regis: exceptis alijs quos  
 posuerat in urbibus munitis et  
 in vniuerso iuda. **Capitulum xviii.**  
**H**uit ergo iosaphat diues et  
 inclitissimus multum: et affinitate  
 coniunctus est achab: descenditque  
 post annos ad eum in samari-  
 am. Ad eius aduentum inactauit  
 achab arietes et boues plurimos  
 et populo qui venerat cum eo: pro-  
 suasitque illi ut descenderet in ra-  
 moth galaad. Dixitque achab rex  
 israel ad iosaphat regem iuda:  
 Veni mecum in ramoth galaad.  
 Cui ille respondit. ut ego et tu:  
 sicut populus tuus sic et populus  
 meus. recuipemus et in bello. Dixit  
 itaque iosaphat ad regem israel:

Consule obsecro in presentiarum ser-  
 monem domini. Congregauitque rex  
 israel prophetas quadringentos viros:  
 et dixit ad eos. In ramoth galaad  
 ad bellandum ire debemus.  
 an quiesce? At illi. ascende inquit.  
 et tradet deus in manu regis. Dixit  
 itaque iosaphat. Numquid non est hic pro-  
 pheta domini: ut ab illo etiam requi-  
 ramus? Et ait rex israel ad iosaphat.  
 Est vir vnus a quo possumus que-  
 rere domini voluntatem: sed ego odium  
 quia non prophetat in bonum. sed ma-  
 lum omni tempore. Est autem mi-  
 cheas filius iembla. Dixitque iosaphat.  
 Ne loquaris rex hoc modo.  
 Vocauit ergo rex israel vnum de eu-  
 nuchis: et dixit ei. Vocato mi-  
 cheam filium iembla. Porro rex  
 israel et iosaphat rex iuda usque se-  
 debat in solio suo: vestiti cultu re-  
 gio. Sedebat autem in aula iuxta  
 portam samarie: omnesque prophete  
 uaticinabant coram eis. Sedechias  
 vero filius canana fecit sibi cornua  
 ferrea: et ait. Hec dicit dominus. Huius  
 uentilabis syriam donec conte-  
 ritas eam. Dominus quoque prophete similit  
 prophetabant atque dicebant. Ascende  
 in ramoth galaad: et prospice:  
 et tradet eos dominus in manu regis.  
 Nuncius autem qui ierat ad uo-  
 candum micheam. ait illi. En uerba  
 omnium prophetarum vno ore bona  
 regi annuntiant. quiesce ergo te  
 ut sermo tuus ab eis non differat:  
 at: loquarisque prospera. Cui res-  
 pondit michetas. Viuit dominus:  
 quia quodcumque dixit in deus meo  
 hoc loquar. venit ergo ad regem.  
 Cui rex ait. Micheas: ire debemus  
 in ramoth galaad ad bellandum.

an quiesce? **C**ui ille respondit / as-  
cendite: cuncta enim prospera ve-  
nient. et tradentur hostes in man-  
us vestras. **D**ixitque rex iterum atque ite-  
rum te adiuro ut non loquaris  
mihi nisi quod verum est in nomine domini.  
**A**t ille ait / Vidi uniuersum israel  
dissipatum in montibus sicut oves  
absque pastore: et dixit dominus Non  
habent isti dominum: reuertatur  
quisque in domum suam in pace. **E**t  
ait rex israel ad iosaphat Nonne  
dixi tibi quod non prophetaret iste  
mihi quicquam boni: sed ea que mala  
sunt? **A**t ille **P**orro ait audite  
verbum domini. Vidi dominum sedentem  
in solio suo: et omnem exerci-  
tum celi assistentem ei a dex-  
tris et a sinistris. **E**t dixit do-  
minus **Q**uis decipiet achab  
regem israel: ut ascendant et cor-  
ruat in ramoth galaad? **C**um  
ergo diceret unus hoc modo et alius alio.  
**P**ressit spiritus: et stetit coram do-  
mino. et ait **E**go decipiam eum  
**C**ui dominus: in quo inquit decipi-  
es? **A**t ille respondit / egrediar:  
et ero spiritus mendax in ore om-  
nium prophetarum eius. **D**ixitque dominus **D**eci-  
pies. et perualebis: egredere et fac  
ita. **H**uc igitur ecce dedit dominus  
spiritum mendacium in ore omnium prophe-  
tarum tuorum: et dominus locutus est de  
te mala. **A**ccessit autem sede-  
chias filius chanana: et percussit  
micheam in maxilla. et ait. Per-  
quam viam transiuit spiritus domini  
a me. ut loqueretur tibi? **D**ixitque mi-  
cheas **T**u ipse videbis in die illo:  
quoniam ingressus fueris cubiculum

de cubiculo ut abscondaris. **P**re-  
cepit autem rex israel. dicens **T**olli-  
te micheam et ducite eum ad  
ammon principem ciuitatis: et  
ad ioas filium amalech: et dicitis  
**H**ec dicit rex **M**ittite hunc in  
carcerem. et date ei panis modicum.  
et aque pauillulum: donec re-  
uertatur in pace. **D**ixitque micheas  
**S**i reuersus fueris in pace: non est  
locutus dominus in me. **E**t ait **A**udi-  
te populi omnes. **I**gitur ascenderunt  
rex israel et iosaphat rex iuda  
in ramoth galaad: dixitque rex  
israel ad iosaphat **M**utabo ha-  
bitum et sic ad pugnandum  
vadam: tu autem indue vesti-  
bus tuis. **M**utatoque habitu rex  
israel venit ad bellum. **R**ex autem  
sirie preparat duobus equitatus  
sui dicens **N**on pugnabitis contra  
minimum. aut contra maximum  
si contra solum regem israel. **I**taque  
cum vidisset principes equitatus  
iosaphat dixerunt **R**ex israel iste  
est. **E**t circumdederunt eum dimican-  
tes. **A**t ille clamauit ad dominum et  
auxiliatus est ei: atque auertit eos  
ab illo. **C**um enim vidissent duces  
equitatus quod non esset rex  
israel: reliquerunt eum. **A**ccidit au-  
tem ut unus e populo sagittam in  
incertum iaceret: et percuteret regem  
israel in ceruicem et scapulas.  
**A**t ille aurige sue ait **C**ouerte  
manum tuam et educ me de acie:  
quia vulneratus sum. **E**t finita est  
pugna in die illo. **P**orro rex  
israel stabat in curru suo contra

sprios usque ad vespam. et mortuus  
est occidente sole. **Capitulum xix.**

**R**eversus est autem iosaphat rex  
iuda domum suam pacifice in  
iherlm. Cui occurrit hieu filius ana  
ni videns: et ait ad eum Impio  
ples auxiliu. et hys qui oderunt do  
minu amicitia iugeris: et idcir  
co vitam quidem dñi merebais.  
S bona opa inuenta sunt in te: eo  
quod abstuleis lucos de terra iuda.  
et paucis cor tuu ut requireres dñm  
dñm. **H**abitauit ergo iosaphat in  
iherlm: rursumque egressus ad popu  
lu de bersabee usque ad motem  
ephraym: et reuocauit eos ad dñm  
dñm patru suorum: constituitque iudi  
ces terre in cunctis ciuitatibus iu  
da munitis per singula loca. **E**t  
papiens iudicibus. videte ait quod  
faciatis. Non enim hominis exer  
cetis iudiciu sed dñi. et quodcuque  
iudicaueritis in uos redundabit.  
Sic timor dñi vobiscu: et cu dili  
gentia cuncta facite. **N**o est enim a  
pud dñm dñm mñ iniquitas: ne  
psonarum acceptio: nec cupido mu  
neru. **I**n iherlm quoque constituit  
iosaphat leuitas et sacerdotes et  
pncipes familiarum ex isrl: ut  
iudiciu et causam dñi iudicarent  
habitatoribus eius: precepitque eis di  
cens. Sic ageris in timore dei  
fideliter et corde et pfecto. **O**mniem  
causam que venerit ad uos scim  
vrorum. qui habitant in urbibus  
suis inter cognationem et cogna  
tionem. ubicuque questio e de le  
ge. de mandato. de ceremonijs.  
de iustificationibus. ostendite eis  
ut no peccet in dñm: et ne ve

mat ira sup vos et sup freres vros.  
**S**ic ergo ageris et no peccabitis.  
**A**masias autem sacerdos et ponti  
fex vest: in hys que ad dñm pti  
net psidebit. **P**orro zabadias filius  
ismahel qui est dux in domo iu  
da. sup ea opa erit que ad regis  
officiu pertinent. **H**abete quoque ma  
gistros leuitas coram nobis: confor  
tamini et agite diligenter: et erit  
dñs vobiscum in bonis. **Capitulum xx.**

**P**ost hec congregati sunt  
filij moab et filij ammon.  
et cum eis de ammonitis ad  
iosaphat: ut pugnarent contra  
eum: veneruntque nuntij: et indica  
uerunt iosaphat dicentes. **V**enit  
contra te multitudo magna de hys  
longis que trans mare sunt. et de sy  
ria: et ecce consistunt in asafon  
thamar. que est in engaddi. **I**o  
saphat autem timore perterritus  
totu se contulit ad rogandu dñm  
et predicauit in ieiuniu in vniuerso  
iuda. **C**ongregatusque est iudas  
ad predicandu dñm: sed et omnes  
de urbibus suis venerunt ad obse  
crandu eum. **C**umque stetit  
iosaphat in medio retu iude et  
iherlm. in domo dñi ante altaru  
dñi nouu ait. **D**ne deus patru  
mrorum tu es deus in celo. et domi  
naris cunctis regnis genaru. in ma  
nu tua est fortitudo et potencia.  
nec quisquam tibi potest resistere.  
**N**onne tu deus noster interfecisti oes  
habitatores terre hys coram popu  
lotuo isrl: et dedisti eam semini  
abraham amica tuu in sempiternu.

venerit  
 facies  
 Habitaueruntque in ea. et exstruar  
 erunt in illa sciamur nonnisi tuo.  
 dicentes Si irruerint super nos ma  
 la. gladius iudicii. pestilencie  
 et fames. stabimus coram domo  
 hac in conspectu tuo. in qua iu  
 ratum est nomen tuum. et clamabi  
 mus ad te in tribulationibus nostris.  
 et exaudies saluosque. **Flux** igitur er  
 ce filij ammon et moab et filij <sup>mos</sup>  
 seyr. per quos non concessisti iusti  
 ut transiret quando egrediebatur de  
 egipto. sed declinauerunt ab eis  
 et non interfecerunt illos. et contra  
 agunt. et mittunt eorum nos de posses  
 sione quam tradidisti nobis deus noster.  
**Ergo** non iudicabis eos. **In** nobis  
 quidem non tanta est fortitudo. ut pos  
 simus huic multitudini resistere  
 que irruit super nos. sed cum igno  
 remus quid agere debeamus. hoc solum  
 habemus residui. ut oculos nostros  
 dirigamus ad te. **Omnes** vero iu  
 da stabat coram domino. cum puulis  
 et uxoribus et liberis suis. **Erant**  
 autem iaziel filius zacharie filij  
 banaie. filij iehiel filij matha  
 nie leuites de filiis asaph. super  
 quem factus est spiritus domini in medio  
 turbe. et ait. **Attendite** omnes  
 iuda et qui habitatis in iherusalem. et  
 tu rex iosaphat. **Hec** dicit dominus  
 vobis. **Nolite** timere. nec paucatis  
 hac multitudine. non est enim vestra  
 pugna sed dei. **Cras** descendetis  
 contra eos. ascensuri enim sunt per  
 perclium nomine suis. et inueni  
 ent illos in summitate torrentis  
 qui est contra solitudinem ieru  
 hel. **Non** eritis vos qui dimica  
 bitis. sed tantummodo confidentes

estote et videbitis auxilium domini su  
 per vos. **O** iuda et iherusalem nolite  
 timere nec paucatis. cras egredi  
 emini contra eos et dominus erit vo  
 bistrum. **Iosaphat** ergo et iuda et  
 omnes habitatores iherusalem cenide  
 runt prout in terram coram domino. et ado  
 rauerunt eum. **Porro** leuite de filiis  
 caath et de filiis chore laudabat  
 dominum dominum israhel voce magna in excel  
 sum. **Cumque** mane surrexisset egessi  
 sunt per desertum thecie. profectus  
 que eis. stans iosaphat in medio  
 eorum. dixit. **Audite** me iuda. et  
 omnes habitatores iherusalem. **Credite**  
 in domino deo vestro. et securi eritis per  
 phetis eius. et cuncta euement  
 prospera. **Deditque** consilium populo. et  
 statuit cantores dominum ut laudarent  
 eum in turmis suis. et antere  
 rent exercitum. ac voce consona  
 dicent. **Confitemini** domino qui bonus  
 quoniam in eternum misericordia eius. **Cumque** ce  
 pissent laudes canere. **Ut** dominus  
 insidias eorum in semetipsum. filiorum  
 scilicet ammon et moab et  
 motus seyr qui egressi fuerant  
 ut pugnarent contra iudam.  
 et percussi sunt. **Namque** filij am  
 mon et moab consurreperunt  
 aduersum habitatores montis  
 seyr. ut interficerent et delerent eos.  
**Cumque** hoc opere percellissent ea  
 am in semetipsum versi mutuis  
 coram vulnibus. **Porro** iudas cum  
 uenisset ad speluncam que respicit  
 ad solitudinem. vidit procul oem  
 late regionem plenam caduibus.

nec sup esse quemquā qui necem  
 potuisset euadē. Venit q̄ iosaphat  
 et omnis popul⁹ cum eo ad detin  
 henda spolia mortuorū: inuenerūt  
 q̄ int̄ cadauā variā supplecti  
 lem. vestes quoq̄ et vasa p̄ciosissi  
 ma ⁊ diripiuerūt: ita ut omnia  
 portae nō possent nec p̄ tres dies  
 spolia auferre pro p̄cede magnitudi  
 ne. Die autem quarto cōgregati  
 sūt in valle benedictionis. Et em̄  
 qm̄ ibi b̄ndixerāt d̄no/ uocauerūt  
 uallus locū illū b̄ndictionis usq̄ in p̄sen  
 tem diē: Reuersusq̄ ē omnis vir  
 iuda et habitatores iherlm. et iosa  
 phat ante eos in iherlm cū leti  
 tia magna: eo qd̄ dedisset eis do  
 min⁹ gaudiū de inimicis suis.  
 Ingressiq̄ sūt iherlm cū psalterijs  
 et tubis et cytharis in domū d̄ni.  
 Irruit autem p̄uor d̄ni sup un  
 iūsa regna t̄rrarū: cū audissent qd̄  
 pugnaisset d̄ns cont̄ inimicos isrl̄.  
 Quieuitq̄ regnū iosaphat: et  
 p̄buit ei d̄ns pacem p̄ c̄uitū.  
 Regnauit igitur iosaphat sup  
 iudam et erat xlv duorū añorū  
 cū regnae cepisset. Viginti autē  
 et duob⁹ añis regnauit in iherlm.  
 Nomen matris eius azuba filia  
 selahi. Et ambulauit in via pa  
 tris sui asa. nec declinauit ab  
 ea faciens que placita erant  
 corā d̄no. Verūtamen exelsa nō  
 abstulit. et adhuc popul⁹ non  
 direxeat cor suū ad d̄m d̄m pa  
 trū suorū. Reliqua autem ges  
 toz iosaphat p̄oz ⁊ nouissimoz  
 septm̄ sūt in v̄bis h̄ieu filij ana  
 ni: q̄ digessit in libro regum

isrl̄. Post hec inijt amiciaas io  
 saphat rex iuda cū ochozia re  
 ge isrl̄ cui⁹ opa fuerūt ip̄issima  
 et p̄nceps fuit ut facerent naues  
 q̄ irent in tharsis: fecerūtq̄ clas  
 sem in asiongaber. p̄phāuit autē  
 eliezer filius todani de maresa  
 ad iosaphat dicens. Quia habu  
 isti fedus cū ochozia p̄ussit do  
 min⁹ opa tua. Contriteq̄ sūt  
 naues: nec potuerūt ire in thar  
 sis. *Capitulum .xxi.*

**D**ormiuit autem iosaphat  
 cū p̄rib⁹ suis: ⁊ sepultus  
 est cū eis in ciuitate dauid: reg  
 nauitq̄ iozani filius eius pro  
 eo. Qui habuit fr̄es filios iosa  
 phat azariam ⁊ iahiel ⁊ za  
 chariam et michael et sapha  
 tiam. Om̄s h̄ij filij iosaphat  
 regis iherlm. Deditq̄ eis pat̄  
 suus multa muneā argenti et au  
 ri. ⁊ pensaciones cū ciuitatibus  
 munitissimis in iuda: regnū autē  
 tradidit iozani: eo qd̄ eēt p̄mo  
 genitus. Surrexit ergo iozani  
 sup regnū patris sui. Cumq̄  
 se ofinasset. occidit om̄s fr̄es suos  
 gladio: ⁊ quosdam de p̄ncipib⁹  
 isrl̄. Triginta duorū añorū  
 erat iozani cū regnare cepisset:  
 et octo añis regnauit in iherlm.  
 Ambulauitq̄ in vijs regum  
 isrl̄: sicut egerat domus achab  
 filia quippe achab erat vxor ei⁹  
 et fecit malū in cōsp̄cū d̄ni.  
 Noluit autem disp̄de domū d̄ni  
 dauid p̄t̄ pactū quod inierat  
 cum eo: ⁊ quia promiserat ut

daret illi lucernam et filius eius  
 omni tempe In dieb<sup>9</sup> illis rebel  
 lauit edom ne eēt subditus iude:  
 et cōstituit sibi regem Cumq;  
 tūisset ioram cū pncipib<sup>9</sup> suis  
 et cūcto equitatu qui eāt secū:  
 surrexit nocte et percussit edom  
 qui se cōdederant et omēs du  
 ces equitatus eius Attamen re  
 bellauit edom ne eēt sub dicioē  
 iuda usq; ad hāc diem Et tpe  
 et lobna recessit ne eēt sub ma  
 nu illius Dereliquēat em do  
 minū dñi patrū suor. insup ⁊  
 exelsa fabricata est in urbib<sup>9</sup>  
 iuda: et fornicari fecit habita  
 toēs iherlm. ⁊ pūācari iudam  
 Allate sūt autem ei litte<sup>r</sup> ab he  
 lia ppheta: in qbus scriptū erat  
 Hec dicit dñs deus dauid patris  
 tui/qm nō ambulasti i vñs io  
 saphat patris tui et in vñs asa  
 regis iuda. s; incessisti p iter  
 regū isrl. et fornicari fecisti iu  
 dam ⁊ habitatoēs iherlm. imita  
 tus fornicationē domus ahab:  
 insup et frēs tuos domū patris  
 tui meliores te occidisti: ecce  
 dñs pūciet te plaga magna  
 cū pplō tuo. et filijs et vxorib<sup>9</sup>  
 tuis. vñsaq; substantia tua  
 Tu autem egrotabis pessimo  
 languōē uteri: donec egrediāt<sup>r</sup>  
 vitalia tua paulatim p dies  
 singulos Suscitauit ergo dñs  
 cont<sup>r</sup> ioram spm philistinor.  
 et arabum qui cōfines sūt ethio  
 pib<sup>9</sup>. et ascenderūt in trāam  
 iuda et vastauerūt eam: dirū  
 puerūtq; cūctam substantiam

que mueta est in domo regis insu  
 per et filios eius et vxores nec  
 remāsit ei filius nisi ioachaz qui  
 minimus natus eāt Et sup her  
 omnia: percussit eū dñs alui languo  
 re insanabili Cumq; dies succē  
 dēt dies. ⁊ temporū spacia volue  
 rent<sup>r</sup> duoz annorū expletus ē  
 circulus et sic longa consūptus  
 tabe. ita ut egereret etiā vñtera  
 sua languore pariter et vita ca  
 ruit Mortuus q; est infirmitate  
 pessima: et nō fecit ei populus se  
 cundam morem combustionis  
 exequias. sicut fecerāt maioribus  
 eius Trinta duoz annorū fuit  
 cū regnare cepisset. et octo ānis  
 regnauit in iherlm/ ambulauit  
 q; non recte. et sepeherūt eum  
 in ciuitate dauid. verūtamē non  
 in sepulchro regū **Capitūlū xxxi**  
**C**onstituerunt autem habita  
 toēs iherlm ochozias filiū  
 eius minimū regem pro eo Quē  
 em maiores natus qui ante eum  
 fuerant: interfecerant latrones a  
 rabum qui irruerant in castra  
 Regnauitq; ochozias filius io  
 ram regis iuda Quadragin  
 ta duoz annorū erat ochozias  
 cū regnare cepisset: et vno āno  
 regnauit in iherlm Nomen mris  
 eius arhali filia amri Et ipē  
 ingressus est p vias domus achab:  
 mater em eius impulit eum vt  
 impie ageret: fecit igit<sup>r</sup> malum  
 in cōspectu dñi sicut domus a

chab: ipi enim fuerunt ei consiliarii per  
 mortem patris sui in interitum eius  
 Ambulauerunt in consiliis eorum Et p  
 rexit cum ioram filio achab rege  
 israhel in bellum contra azahel regem  
 syrie in ramoth galaad. vulnera  
 ueruntque syri ioram. Qui rursus  
 est ut curaret in iherusalem: multas enim  
 plagas accepit in supradicto certami  
 ne. Igitur ochozias filius ioram rex  
 iuda descendit ut miseret ioram  
 filium achab in iherusalem egrotan  
 tem. Voluntas quippe dei fuit adu  
 sum ochoziam ut ueniret ad ioram  
 Et cum uenisset et egredere cum  
 eo aduersum hieu filium namsi. que  
 uiuat dominus ut delet domum achab  
 Cum ergo subiret hieu domum achab  
 inuenit principes iuda et filios fra  
 trum ochozie qui ministrabant  
 ei: et interfecit illos. Ipse quoque per  
 uens ochoziam comprehendit la  
 tente in samaria: adductusque ad  
 se occidit et sepelierunt: eo quod  
 esset filius iosaphat. qui quiescit  
 dominum in toto corde suo. Nec erat  
 ultra spes aliqua: ut de stirpe ig  
 naret ochozie. Si quidem atha  
 lia mater eius uidens quod mor  
 tuus esset filius suus: surrexit et  
 interfecit omnem stirpem regiam  
 domus ioram. Porro iosabeth  
 filia regis tulit ioram filium ochozie  
 et furata est eum de medio fi  
 liorum regis cum interficerent: abscon  
 ditque eum cum nutre sua in cubiculo  
 lectulorum. Iosabeth autem que abscon  
 derat eum erat filia regis  
 ioram. uxor ioiade pontificis soror  
 ochozie: et idcirco otholia non  
 interfecit eum. fuit ergo cum eis in domo

dei absconditus sex annis quibus reg  
 nauit otholia super terram. **C. xxiii.**  
**A**nno autem septimo con  
 fortatus ioiada: assumpsit cen  
 turiones azariam uidelicet filium  
 iheroam et ysmael filium iohanan.  
 azariam quoque filium obeth. et  
 maasiam filium adarie. et elisaphat  
 filium zechri: et misit cum eis fedus  
 et conuenientes iudam congrega  
 uerunt leuitas de cunctis urbibus  
 iuda. et principes familiarum israhel:  
 ueneruntque in iherusalem. Misit ergo  
 multitudo pactum in domo domini cum  
 rege. Dixitque ad eos ioiada. Et  
 ecce filius regis regnabit: sicut  
 locus est dominus super filios dauid. Iste  
 est ergo sermo quem facietis. Tertia  
 pars uirum qui ueniunt ad sabba  
 tum sacerdotum et leuitarum. et ia  
 nitorum erit in portis: tertia uero pars  
 ad domum regis: et tertia ad por  
 tam que appellatur fundamenti.  
 Omne uero reliquum vulgus sit in  
 atrijs domus domini: nec quisquam  
 alius ingrediat domum domini nisi  
 sacerdotes. et qui ministrant de  
 leuitis. Ipsi tantum modo ingrediant  
 quia sanctificati sunt: et omne  
 reliquum vulgus obseruet custo  
 dias domus domini. Leuite autem cir  
 cudent regem habentes singuli  
 arma sua: et si quis alius in  
 gressus fuerit templum interficiat:  
 sintque cum rege et ministrante et eg  
 diente. fecerunt igitur leuite et um  
 uisus iuda iuxta omnia que precepit  
 ioiada pontifex: et assumpserunt  
 singuli uisus qui sub se erant:  
 et ueniebant per ordinem sab

bati cum hijs qui iam impleuerat  
 sabbatu. et egressuri erant. **S**iq  
 dem ioiada potifer no dimiserat  
 abire turmas. que sibi p singulas  
 ebdomadas succede consuenerat.  
**D**editq; ioiada sacdos centurio  
 mb<sup>9</sup> lanças. clipeosq; et peltas  
 regis dauid. quas consecrauit in  
 domo dñi: constituitq; omem popu  
 lum tenēu pugiones a parte  
 tēpli dexta: usq; ad pte templi  
 sinistra corā altari et templo p  
 tautū regis. **E**t eduxerūt filiū  
 regis et imposuerūt ei dyadema.  
 Dederūtq; in manu eius tenen  
 dam legem: et constituerūt eum  
 regē. **V**ixit quoq; illū ioia  
 da potifer et filij eius: impca  
 tiq; sūt atq; dixerūt. **V**iuat rē  
**Q**uod cū audiss; athalia. uo  
 re saliet aurentiū atq; lauda  
 cium regem: ingressa ē ad po  
 pulū in templū dñi. **C**umq; ui  
 disse regē stantem sup gradū  
 in introitu. **E**t pñipes turmas  
 q; circa eum. **O**mēm quoq; po  
 pulū terie gaudentem atq; clangē  
 tem tubis. et diuisi gemis organis  
 cōninentem. uocemq; laudancū.  
 cadit uestimēta sua et ait. **I**nsidie  
 insidie. **E**gressus autē ioiada  
 potifer ad centuriones et pñi  
 ptes exercitus dixit eis. **E**du  
 cite illam extra septa tēpli. **E**t  
 interficiat foris gladio. **P**recep  
 tū q; sacdos ne occidēt in comodo  
 mmi. **E**t imposuerūt ceruici  
 b<sup>9</sup> eius manus. **C**ūq; intrasset  
 portam. **Q**uorū domus regis. **I**nter  
 fecerūt eā ibi. **P**epigit autē  
 ioiada fedus inter se uniusq;

pplm et regē: ut eēt pplus dñi. **I**ta  
 q; ingressū ē omnis pplus domū  
 baal. et destruxerūt eam et alta  
 ria: ac simulachra illius cōfire  
 gerūt. **M**athan quoq; sacdotem  
 baal interfecerūt ante aras. **C**on  
 stituit autē ioiada ppositos in  
 domo dñi. et sub manib<sup>9</sup> sacer  
 dotū ac leuitarū quos distribu  
 it dauid in domo dñi: ut offer  
 rent holocausta dño sicut scriptū  
 ē in lege moysi in gaudio et  
 cāntes: iuxta dispōnem. **C**onstituit  
 q; iamitores in portis do  
 m<sup>9</sup> dñi: ut nō ingredēt eam  
 imūds in omni re. **A**ssūpsitq;  
 centuriones et fortissimos ui  
 ros. ac pñipes ppli: et omē uul  
 gus tēre: et fecerūt descendē re  
 gem de domo dñi. et introiit  
 p mediū porte superioris in domū  
 regis: et collocauerūt eum in  
 solio regali letatq; ē omnis  
 popul<sup>9</sup> tēre: et urbs quieuit. **P**or  
 to otholia interfecta est gladio.

**S**eptem añoz **Cap. xxviii.**  
**E**rat ioas cū regnare cepiss;  
 et xl. añis regnauit in iherlm.  
**N**omē matris eius sebia de ber  
 sabee fecitq; quod bonū est corā  
 dño: cūctis dieb<sup>9</sup> ioiade sacdotis.  
**A**cepit autem ei ioiada uxores  
 duas: equibus genuit filios et  
 filias. **P**ostq; plauit ioas ut  
 instruaret domū dñi: congregauitq;  
 sacdotes et leuitas: **E**t  
 dixit eis egredimini ad ciui  
 tates iuda. **E**t colligite de unū  
 so isrl' pecuniā de sartatecta  
 templi dei urī p singulos an



nos festinatos q; hoc facite. Porro  
 leuite egere negligēcius vocauit  
 q; rex ioiada principem. et dixit ei  
 Cur non tibi fuit cur ut cogēs  
 leuitas inferte de iuda et iherlm  
 pecuniā, que cōstituta ē a moy  
 se seruo dñi, ut infert eam oīs  
 multitudo isrl' in tabnactm testō  
 ni. Athalia em' impiissima et  
 filij eius destruxerant domū dñi:  
 et de uniusis q; sacrificata fuerāt  
 tēplo dñi ornauerūt fanū baa  
 him. Precepit ei go rex. et fecerūt  
 archam posuerūtq; eam iuxta  
 portam dñi forissecus. Et p̄dica  
 tū ē in iuda et iherlm, ut defer  
 rent singuli p̄ciū dñi: quod cōsti  
 tuit moyses seruus dei sup oēm  
 isrl' indepto. Totatiq; sūt cūcti p̄  
 cipes et omnis populus et ingres  
 si cōtulerūt in archam dñi atq;  
 miserūt, ita ut implet. Cūq; tēp  
 eēt ut deferrent archam coram  
 rege p; manus leuitar. videbat  
 enim mltam pecuniā, ingredie  
 bat' p̄ba legis et que p̄mus sac  
 dos cōstituerat: effundebātq; pe  
 cuniam q; eāt in archa. Porro  
 archam reportabat ad locū suū  
 Sicq; faciebāt p; singlos dies: et  
 cōgregata ē infinita pecunia.  
 Quā dederūt rex ioiada hñs q;  
 p̄ciat opib; domus dñi. At illi  
 conducebat ex ea resozes lapi  
 dū, et artifices opm singloz, ut  
 instaurarent domū dñi: fabros  
 quoq; ferri et eris, ut quod ca  
 dere cepat fulciret. Egerūtq; hñ  
 qui opabant' industrie et obdu

cebat' parietū cicary p; manus  
 eoz: ac suscitauerūt domū dñi  
 in statu pristinu et sine eam  
 stare fecerūt. Cumq; spleissent om̄s  
 omnia opa detulerūt coram  
 rege et ioiada reliquā p̄te pecu  
 nie: de qua facta sūt vasa templi  
 in ministū et ad holocausta, fia  
 le quoq; et cetera vasa aurea  
 et argentea et offerbant' holo  
 causta in domo dñi iugit' cūc  
 tis dieb; ioiade. Denuit autē ioiada  
 plenus diez, et mortuus est cum  
 cetū xxv esset annoz. sepehe  
 rūt q; eū in ciuitate dauid cum  
 regib; eo qd' feciss' bonū cū isrl'  
 et cū domo eius. Postquā autē  
 obiit ioiada ingressi sūt p̄ncipes  
 iuda: et adorauerūt regem. Qui  
 delinitus obsequijs eoz acquieuit  
 eis. Et deliquerūt templū dñi  
 dei patru suoz: seruerūt q; lucas  
 et sculptilib;. Et facta est ira cōt'  
 iudam et iherlm p̄ hoc p̄ccm  
 / mittebatq; eis p̄phets ut reute  
 rent' ad dñm. Quos protesta  
 res illi audire nolebāt. Spiritus  
 itaq; dei induit zachariam filiū  
 ioiade sacerdotem: et stetit in con  
 spectu populi, et dixit eis. Hec  
 dicit dñs. Quae t̄ngredimini  
 p̄ceptū dñi quod uobis nō pro  
 deit et dereliquistis dñm ut de  
 linquet uos. Qui cōgregati ad  
 usus eum: miserūt lapides iuxta  
 regis impiū in atrio domus  
 dñi / et non est recordatus ioas  
 rex misericordie quā fecerat io  
 iada pat' illius secū: s; interfecit  
 filiū eius. Et cum moreretur

ait Videat dñs et requiat. Cūq; euo  
luta eet annus. ascendit contra  
eū exercitū syrie: venitq; in iuda  
et iherlm̄ et interfecit cūctos pñci  
pes populi: atq; uniuersā pdam  
miserūt regi damascū. Et cer  
te cū p̄ medicos venisset nume  
rus syroꝝ tradidit dñs mani  
bus eoz infantam multitudē:  
eo qđ dereliquissent dñm deū  
patrū suoz. In ioas quoq; ig  
nommosa exercitū iudicia: et  
abacūtes dimiserūt eū in lan  
guoribus magnis. Surrepe  
rūt autē cont̄ eū serui sui in  
ulcionē sanguinis filij ioiade sac  
dotis. et occiderūt eum in lectu  
lo suo et mortuus ē: sepelie  
rūtq; illum in ciuitate dauid.  
sed non in sepulchris regum  
Insidiati uō sūt ei sabath filius  
semaath ammonitidis. et iosa  
bad filius semerith moabitidis  
Porro filij eius ac sūma pecu  
nie que adunata fuerāt sub  
eo. et instauratio domus dei sc̄p  
ta sūt diligēcius in libro regū

**R**egnauitq; **Cap. xxx.**

Amasias filius eius pro  
eo. Viginti duoz annoz erat  
cū regnare cepisset: et viginti  
nouem annis regnauit in iherlm̄  
Nomen matris eius ioaden de iherlm̄  
fecitq; bonū in cōsp̄u dñi dei: ve  
rūta men nō in corde p̄f̄o. Cū  
q; roboratū sibi uidet impiū.  
iugulauit seruos qui occiderāt  
regem patrē suū. s; filios eoz  
nō interfecit: sicut sc̄ptū est in  
libro legis moysi. ubi p̄cepit  
dñs dicens. Nō occident̄ p̄p̄s  
pro filiis neq; filij pro patrib;

suis s; uniusq; in p̄cō suo moiet.  
Congregauit igit̄ amasias iu  
dam. et cōstituit eos p̄ familias  
tribunos. et cōturiones in un  
iūso iuda et beniamin. et recensu  
it a viginti annis sursum: inue  
nitq; triginta milia iuuenū qui  
egredēt̄ ad pugnā. et teneūt has  
tam et clipeum. Mercede quoq; cō  
durit de isrl̄ centū milia robu  
toꝝ: centū talentis argēti. Venit  
autē hō dei ad illū. et ait. O rex  
ne egrediat̄ teū exercitū isrl̄.  
nō est em̄ dñs cū isrl̄. et cūctis fi  
lij̄ ephraim. Quod si putas in  
roboꝝ exercitū bella cōsistere:  
supari te faciet deus ab hosab.  
Dei quippe ē et adiuuare et in  
fugā vtere. Dixitq; amasias ad  
hominem dei. Quid ergo fiet de  
centū talentis: q̄ dedi militibus  
isrl̄. Et respondit ei hō dei. Ha  
bet dñs unde tibi dare possit in  
to hñs plura. Repauit itaq; ama  
sias exercitū qui ueniat ad eū  
ex ephraim: ut reuertēt̄ in locū  
suū. At illi cont̄ uadam uehēmēt̄  
itati: reuēsi sūt in regionem suā.  
Porro amasias cōfident̄ eduxit  
p̄plm̄ suū. et abiit in uallem sal  
uarū. Passitq; filios serū decem  
milia et alia decem milia cepunt  
filij iuda. et adduxerūt ad p̄p̄  
tū cuiusdam petre p̄cipitauerūt  
q; eos de sūmo in p̄cep̄s: qui  
uniusq; crepuerūt. At ille exer  
citus quē remisēat amasias ne  
sc̄ū iret ad plū diffusus ē in  
ciuitatib; iuda a samaria usq;  
berhoron: et interfecit tribus mi  
lib; diripuit predam magnā

amasias

Amasias vero post ceteros ydu  
meorum allatos deos filiorum seyr.  
statuit illos in deos sibi: et adora  
bat eos. et illis adolebat incensum  
Quia obrem iratus dominus contra ama  
siam: misit ad illum prophetam quidi  
cet ei Cur adorasti eos qui non  
libauerunt populum suum de manu tua.  
Cumque haec loqueretur: respondit ei  
Humilis consiliarius regis es. Qui  
este: ne misisiam te. Discedes  
que propheta sacro inquit quod cogi  
tauit dominus occidit te: qui et fecis  
ti hoc malum. et insuper non acce  
pisti consilio meo. Igitur ama  
sias rex iuda imito pessimo co  
silio: misit ad ioas filium ioachaz  
filij hieui regem israhel. dicens. Veni  
videamus nos mutuo. At ille re  
misit nuntium dicens. Carduus que  
in libano: misit ad cedrum liba  
ni dicens. Da filiam tuam filio  
meo uxorem. Et ecce bestie que  
erat in silua libani transierunt  
et contulerunt carduum. Dixit  
isa. passus edom: et idcirco erigitur  
cor tuum in superbiam. Dede in do  
mo tua. Cur malum aduersum te  
prouocas: ut cadas et tu et iu  
das teum. Noluit audire ama  
sias: eo quod dominum esset voluntas. ut  
tradetur in manibus hostium propter  
deos edom. Ascendit igitur ioas  
rex israhel: et mutuos sibi prebuit  
conspectus. Amasias autem rex  
iuda erat in bethsamis iude:  
corruitque iudas coram israhel: et fu  
git in tabernacula sua. Porro a  
masiam regem iuda filium ioas  
filij ioachaz cepit ioas rex israhel

in bethsamis: et adduxit in iherusalem  
Destruxitque murum eius a por  
ta ephraim usque ad portam an  
guli quadringentis cubitis. De  
quoque aurum et argentum et uniusa  
vasa que repererunt in domo dei  
et apud obededom in thesauris  
etiam domus regie: nec non et  
filios obsidum eduxit samariam.  
Vixit autem amasias filius ioas  
rex iuda postquam mortuus est  
ioas filius ioachaz rex israhel qui  
deam annis. Reliqua uero sermo  
num amasie priorum et nouissimorum  
scripta sunt in libro regum iuda et  
israhel. Quia postquam recessit a  
domino: tetenderunt ei insidias in  
iherusalem. Cumque fugisset lachis. mi  
serunt et interfecerunt eum ibi: re  
portantesque super equos sepelie  
runt eum cum patribus suis in ciuita  
te dauid. **Capitulum xxxvi**

**O**mnis autem populus iude  
filium eius oziam annorum  
sedecim constituit regem pro patre  
suo amasia. Ipse edificauit ahi  
lach: et restituit eam ditioni iude:  
postquam dormiuit rex cum  
patribus suis. Sedecim annorum erat  
ozias cum regnare cepisset et  
quingenta duobus annis reg  
uit in iherusalem. Nomen matris  
eius iecheha de iherusalem: feceratque  
quod erat rectum in oculis domini  
iuxta omnia que fecerat amasias  
pater eius: et exquisiuit dominum in  
cordibus Zacharie intelligentis  
et uidentis dominum. Cumque requireret  
dominum: duxit eum in omnibus.  
Denique egressus est et pugna  
uit contra philistinum: et des

truxit murū geth ⁊ murū labine.  
 murūq; azoti Edificauit quoq;  
 oppida in azoto. et philistim. et  
 adiuuit eum dñs cont̄ philistim  
 et cont̄ arabes qui habitabant in  
 gurbaal. ⁊ cont̄ ammonitas ex  
 pendebat q; amonite muna ozie  
**E**t diuulgatū est nomen eius us  
 q; ad introitū egypti. p̄t̄ creb̄s  
 victorias Edificauitq; ozias tur  
 res in iherlm̄ sup̄ portam anguli.  
 et sup̄ portā vallis; et reliquas  
 in eodē muri latere. sic maiuitq;  
 eas Extruxit etiam turres in soli  
 tudine. ⁊ fodit cister-nas pluri  
 mas. eo qd̄ haberet multa peccata  
 tā in campestr̄b; quā in herē  
 mi uastitate **T**imeas quoq; ha  
 buit et uinctos in mōtib; et in  
 car-melo/erat quippe hō agri cul  
 ture deditus **F**uit autem exerci  
 tus bellatorū eius qui p̄cedebat  
 ad p̄ha sub manu iehiel scri  
 be. maasie quoq; doctois: ⁊ sub  
 manu ananthe qui erat de dua  
 b; regib; / omnisq; numerus  
 p̄ncipum p̄ familias uirū forti  
 um duum milium septentor: et  
 sub eis unius exercitus trecento  
 rū ⁊ septem milium quingentorū.  
 qui erant apti ad bella: et pro  
 rege cont̄ aduersarios dimicabat  
